

Euangelium Secundum Ioannem

1:1 in principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum 1:2 hoc erat in principio apud Deum 1:3 omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est 1:4 in ipso uita erat et uita erat lux hominum 1:5 et lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehenderunt 1:6 fuit homo missus a Deo cui nomen erat Iohannes 1:7 hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum 1:8 non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine 1:9 erat lux uera quae inluminat omnem hominem uenientem in mundum 1:10 in mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit 1:11 in propria uenit et sui eum non receperunt 1:12 quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius 1:13 qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed ex Deo nati sunt 1:14 et Verbum caro factum est et habitauit in nobis et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratiae et ueritatis 1:15 Iohannes testimonium perhibet de ipso et clamat dicens hic erat quem dixi uobis qui post me uenturus est ante me factus est quia prior me erat 1:16 et de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia 1:17 quia lex per Mosen data est gratia et ueritas per Iesum Christum facta est 1:18 Deum nemo uidit umquam unigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit 1:19 et hoc est testimonium Iohannis quando miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes et Leuitas ad eum ut interrogarent eum tu quis es 1:20 et confessus est et non negauit et confessus est quia non sum ego Christus 1:21 et interrogauerunt eum quid ergo Helias es tu et dicit non sum propheta es tu et respondit non 1:22 dixerunt ergo ei quis es ut responsum demus his qui miserunt nos quid dicis de te ipso 1:23 ait ego uox clamantis in deserto dirigite uiam Domini sicut dixit Esaias propheta

1:1 In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God.

1:2 The same was in the beginning with God.

1:3 All things were made by him; and without him was not any thing made that was made.

1:4 In him was life; and the life was the light of men.

1:5 And the light shineth in darkness; and the darkness comprehended it not.

1:6 There was a man sent from God, whose name was John.

1:7 The same came for a witness, to bear witness of the Light, that all men through him might believe.

1:8 He was not that Light, but was sent to bear witness of that Light.

1:9 That was the true Light, which lighteth every man that cometh into the world.

1:10 He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not.

1:11 He came unto his own, and his own received him not.

1:12 But as many as received him, to them gave he power to become the sons of God, even to them that believe on his name:

1:13 Which were born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

1:14 And the Word was made flesh, and dwelt among us, (and we beheld his glory, the glory as of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.

1:15 John bare witness of him, and cried, saying, This was he of whom I spake, He that cometh after me is preferred before me: for he was before me.

1:16 And of his fulness have all we received, and grace for grace.

1:17 For the law was given by Moses, but grace and truth came by Jesus Christ.

1:18 No man hath seen God at any time, the only begotten Son, which is in the bosom of the Father, he hath declared him.

1:19 And this is the record of John, when the Jews sent priests and Levites from Jerusalem to ask him, Who art thou?

1:20 And he confessed, and denied not; but confessed, I am not the Christ.

1:21 And they asked him, What then? Art thou Elias? And he saith, I am not. Art thou that prophet? And he answered, No.

1:22 Then said they unto him, Who art thou? that we may give an answer to them that sent us. What sayest thou of thyself?

1:23 He said, I am the voice of one crying in the wilderness. Make straight the way of the Lord, as said the prophet Esaias.

Biblia Sacra Vulgata

1:24 And they which were sent were of the Pharisees.

1:25 And they asked him, and said unto him, Why baptizest thou then, if thou be not that Christ, nor Elias, neither that prophet?

1:26 John answered them, saying, I baptize with water: but there standeth one among you, whom ye know not;

1:27 He it is, who coming after me is preferred before me, whose shoe's latchet I am not worthy to unloose.

1:28 These things were done in Bethabara beyond Jordan, where John was baptizing.

1:29 The next day John seeth Jesus coming unto him, and saith, Behold the Lamb of God, which taketh away the sin of the world.

1:30 This is he of whom I said, After me cometh a man which is preferred before me: for he was before me.

1:31 And I knew him not: but that he should be made manifest to Israel, therefore am I come baptizing with water.

1:32 And John bare record, saying, I saw the Spirit descending from heaven like a dove, and it abode upon him.

1:33 And I knew him not: but he that sent me to baptize with water, the same said unto me, Upon whom thou shalt see the Spirit descending, and remaining on him, the same is he which baptizeth with the Holy Ghost.

1:34 And I saw, and bare record that this is the Son of God.

1:35 Again the next day after John stood, and two of his disciples;

1:36 And looking upon Jesus as he walked, he saith, Behold the Lamb of God!

1:37 And the two disciples heard him speak, and they followed Jesus.

1:38 Then Jesus turned, and saw them following, and saith unto them, What seek ye? They said unto him, Rabbi, (which is to say, being interpreted, Master,) where dwellest thou?

1:39 He saith unto them, Come and see. They came and saw where he dwelt, and abode with him that day: for it was about the tenth hour.

1:40 One of the two which heard John speak, and followed him, was Andrew, Simon Peter's brother.

1:41 He first findeth his own brother Simon, and saith unto him, We have found the Messias, which is, being interpreted, the Christ.

1:42 And he brought him to Jesus. And when Jesus beheld him, he said, Thou art Simon the son of Jonas: thou shalt be called Cephas, which is by interpretation, A stone.

1:43 The day following Jesus would go forth into Galilee, and findeth Philip, and saith unto him, Follow me.

1:24 et qui missi fuerant erant ex Pharisaeis 1:25 et interrogauerunt eum et dixerunt ei quid ergo baptizas si tu non es Christus neque Helias neque propheta 1:26 respondit eis Iohannes dicens ego baptizo in aqua medius autem uestrum stetit quem uos non scitis 1:27 ipse est qui post me uenturus est qui ante me factus est cuius ego non sum dignus ut sol-uam eius corrigiam calciamenti 1:28 haec in Bethania facta sunt trans Iordanen ubi erat Iohannes baptizans 1:29 altera die uidet Iohannes Iesum uenientem ad se et ait ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi 1:30 hic est de quo dixi post me uenit uir qui ante me factus est quia prior me erat 1:31 et ego nesciebam eum sed ut manifestaretur Israhel propterea ueni ego in aqua baptizans 1:32 et testimonium perhibuit Iohannes dicens quia uidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo et mansit super eum 1:33 et ego nesciebam eum sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit super quem uideris Spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in Spiritu Sancto 1:34 et ego uidi et testimonium perhibui quia hic est Filius Dei 1:35 altera die iterum stabat Iohannes et ex discipulis eius duo 1:36 et respiciens Iesum ambulans dicit ecce agnus Dei 1:37 et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt Iesum 1:38 conuersus autem Iesus et uidens eos sequentes dicit eis quid quaeritis qui dixerunt ei rabbi quod dicitur interpretatum magister ubi habitas 1:39 dicit eis uenite et uidete uenerunt et uiderunt ubi maneret et apud eum manserunt die illo hora autem erat quasi decima 1:40 erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui audierant ab Iohanne et secuti fuerant eum 1:41 inuenit hic primum fratrem suum Simonem et dicit ei inuenimus Messiam quod est interpretatum Christus 1:42 et adduxit eum ad Iesum inuitus autem eum Iesus dixit tu es Simon filius Iohanna tu uocaberis Cephas quod interpretatur Petrus 1:43 in crasti-

Euangelium Secundum Ioannem

num uoluit exire in Galilaeam et inuenit Philippum et dicit ei Iesus sequere me 1:44 erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreae et Petri 1:45 inuenit Philippus Nathanahel et dicit ei quem scripsit Moses in lege et prophetae inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth 1:46 et dixit ei Nathanahel a Nazareth potest aliquid boni esse dicit ei Philippus ueni et uide 1:47 uidit Iesus Nathanahel uenientem ad se et dicit de eo ecce uere Israhelita in quo dolus non est 1:48 dicit ei Nathanahel unde me nosti respondit Iesus et dixit ei priusquam te Philippus uocaret cum esses sub ficu uidi te 1:49 respondit ei Nathanahel et ait rabbi tu es Filius Dei tu es rex Israhel 1:50 respondit Iesus et dixit ei quia dixi tibi uidi te sub ficu credis maius his uidebis 1:51 et dicit ei amen amen dico uobis uidebitis caelum apertum et angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis

2:1 et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae et erat mater Iesu ibi 2:2 uocatus est autem ibi et Iesus et discipuli eius ad nuptias 2:3 et deficiente uino dicit mater Iesu ad eum uinum non habent 2:4 et dicit ei Iesus quid mihi et tibi est mulier nondum uenit hora mea 2:5 dicit mater eius ministris quodcumque dixerit uobis facite 2:6 erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Iudaeorum capientes singulae metretas binas uel ternas 2:7 dicit eis Iesus implete hydrias aqua et impleuerunt eas usque ad summum 2:8 et dicit eis Iesus haurite nunc et ferte architriclino et tulerunt 2:9 ut autem gustauit architriclinus aquam uinum factam et non sciebat unde esset ministri autem sciebant qui haurierant aquam uocat sponsum architriclinus 2:10 et dicit ei omnis homo primum bonum uinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est tu seruasti bonum uinum usque adhuc 2:11 hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestauit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius 2:12 post hoc de-

1:44 Now Philip was of Bethsaida, the city of Andrew and Peter.

1:45 Philip findeth Nathanael, and saith unto him, We have found him, of whom Moses in the law, and the prophets, did write, Jesus of Nazareth, the son of Joseph.

1:46 And Nathanael said unto him, Can there any good thing come out of Nazareth? Philip saith unto him, Come and see.

1:47 Jesus saw Nathanael coming to him, and saith of him, Behold an Israelite indeed, in whom is no guile!

1:48 Nathanael saith unto him, Whence knowest thou me? Jesus answered and said unto him, Before that Philip called thee, when thou wast under the fig tree, I saw thee.

1:49 Nathanael answered and saith unto him, Rabbi, thou art the Son of God; thou art the King of Israel.

1:50 Jesus answered and said unto him, Because I said unto thee, I saw thee under the fig tree, believest thou? thou shalt see greater things than these.

1:51 And he saith unto him, Verily, verily, I say unto you, Hereafter ye shall see heaven open, and the angels of God ascending and descending upon the Son of man.

2:1 And the third day there was a marriage in Cana of Galilee; and the mother of Jesus was there:

2:2 And both Jesus was called, and his disciples, to the marriage.

2:3 And when they wanted wine, the mother of Jesus saith unto him, They have no wine.

2:4 Jesus saith unto her, Woman, what have I to do with thee? mine hour is not yet come.

2:5 His mother saith unto the servants, Whatsoever he saith unto you, do it.

2:6 And there were set there six waterpots of stone, after the manner of the purifying of the Jews, containing two or three firkins apiece.

2:7 Jesus saith unto them, Fill the waterpots with water. And they filled them up to the brim.

2:8 And he saith unto them, Draw out now, and bear unto the governor of the feast. And they bare it.

2:9 When the ruler of the feast had tasted the water that was made wine, and knew not whence it was: (but the servants which drew the water knew;) the governor of the feast called the bridegroom,

2:10 And saith unto him, Every man at the beginning doth set forth good wine; and when men have well drunk, then that which is worse: but thou hast kept the good wine until now.

2:11 This beginning of miracles did Jesus in Cana of Galilee, and manifested forth his glory; and his disciples believed on him.

2:12 After this he went down to Capernaum, he, and his mother, and his brethren, and his disciples: and they continued there not many days.

Biblia Sacra Vulgata

2:13 And the Jews' passover was at hand, and Jesus went up to Jerusalem.

2:14 And found in the temple those that sold oxen and sheep and doves, and the changers of money sitting:

2:15 And when he had made a scourge of small cords, he drove them all out of the temple, and the sheep, and the oxen; and poured out the changers' money, and overthrew the tables;

2:16 And said unto them that sold doves, Take these things hence; make not my Father's house an house of merchandise.

2:17 And his disciples remembered that it was written, The zeal of thine house hath eaten me up.

2:18 Then answered the Jews and said unto him, What sign shewest thou unto us, seeing that thou doest these things?

2:19 Jesus answered and said unto them, Destroy this temple, and in three days I will raise it up.

2:20 Then said the Jews, Forty and six years was this temple in building, and wilt thou rear it up in three days?

2:21 But he spake of the temple of his body.

2:22 When therefore he was risen from the dead, his disciples remembered that he had said this unto them; and they believed the scripture, and the word which Jesus had said.

2:23 Now when he was in Jerusalem at the passover, in the feast day, many believed in his name, when they saw the miracles which he did.

2:24 But Jesus did not commit himself unto them, because he knew all men,

2:25 And needed not that any should testify of man: for he knew what was in man.

3:1 There was a man of the Pharisees, named Nicodemus, a ruler of the Jews:

3:2 The same came to Jesus by night, and said unto him, Rabbi, we know that thou art a teacher come from God: for no man can do these miracles that thou doest, except God be with him.

3:3 Jesus answered and said unto him, Verily, verily, I say unto thee, Except a man be born again, he cannot see the kingdom of God.

3:4 Nicodemus saith unto him, How can a man be born when he is old? can he enter the second time into his mother's womb, and be born?

3:5 Jesus answered, Verily, verily, I say unto thee, Except a man be born of water and of the Spirit, he cannot enter into the kingdom of God.

scendit Capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius et ibi manserunt non multis diebus 2:13 et prope erat pascha Iudaeorum et ascendit Hierosolyma Iesus 2:14 et inuenit in templo uendentes boues et oues et columbas et nummularios sedentes 2:15 et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo oues quoque et boues et nummulariorum effudit aes et mensas subuertit 2:16 et his qui columbas uendebant dixit auferte ista hinc nolite facere domum Patris mei domum negotiationis 2:17 recordati uero sunt discipuli eius quia scriptum est zelus domus tuae comedit me 2:18 responderunt ergo Iudaei et dixerunt ei quod signum ostendis nobis quia haec facis 2:19 respondit Iesus et dixit eis soluite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud 2:20 dixerunt ergo Iudaei quadraginta et sex annis aedificatum est templum hoc et tu tribus diebus excitabis illud 2:21 ille autem dicebat de templo corporis sui 2:22 cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat et crediderunt scripturae et sermoni quem dixit Iesus 2:23 cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo multi crediderunt in nomine eius uidentes signa eius quae faciebat 2:24 ipse autem Iesus non credebat semet ipsum eis eo quod ipse nosset omnes 2:25 et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine ipse enim sciebat quid esset in homine

3:1 erat autem homo ex Pharisaeis Nicodemus nomine princeps Iudaeorum 3:2 hic uenit ad eum nocte et dixit ei rabbi scimus quia a Deo uenisti magister nemo enim potest haec signa facere quae tu facis nisi fuerit Deus cum eo 3:3 respondit Iesus et dixit ei amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo non potest uidere regnum Dei 3:4 dicit ad eum Nicodemus quomodo potest homo nasci cum senex sit numquid potest in uentrem matris suae iterato introire et nasci 3:5 respondit Iesus amen amen dico tibi nisi quis re-

Euangelium Secundum Ioannem

natus fuerit ex aqua et Spiritu non potest introire in regnum Dei 3:6 quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex Spiritu spiritus est 3:7 non mireris quia dixi tibi oportet uos nasci denuo 3:8 Spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis sed non scis unde ueniat et quo uadat sic est omnis qui natus est ex Spiritu 3:9 respondit Nicodemus et dixit ei quomodo possunt haec fieri 3:10 respondit Iesus et dixit ei tu es magister Israhel et haec ignoras 3:11 amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod uidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis 3:12 si terrena dixi uobis et non creditis quomodo si dixero uobis caelestia credetis 3:13 et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo Filius hominis qui est in caelo 3:14 et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet Filium hominis 3:15 ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat uitam aeternam 3:16 sic enim dilexit Deus mundum ut Filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam 3:17 non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut saluetur mundus per ipsum 3:18 qui credit in eum non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei 3:19 hoc est autem iudicium quia lux uenit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum mala opera 3:20 omnis enim qui mala agit odit lucem et non uenit ad lucem ut non arguantur opera eius 3:21 qui autem facit ueritatem uenit ad lucem ut manifestentur eius opera quia in Deo sunt facta 3:22 post haec uenit Iesus et discipuli eius in iudaeam terram et illic demorabatur cum eis et baptizabat 3:23 erat autem et Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim quia aquae multae erant illic et adueniebant et baptizabantur 3:24 nondum enim missus fuerat in carcerem Iohannes 3:25 facta est ergo quaestio ex discipulis Iohannis cum Iudaeis de puri-

3:6 That which is born of the flesh is flesh; and that which is born of the Spirit is spirit.

3:7 Marvel not that I said unto thee, Ye must be born again.

3:8 The wind bloweth where it listeth, and thou hearest the sound thereof, but canst not tell whence it cometh, and whither it goeth: so is every one that is born of the Spirit.

3:9 Nicodemus answered and said unto him, How can these things be?

3:10 Jesus answered and said unto him, Art thou a master of Israel, and knowest not these things?

3:11 Verily, verily, I say unto thee, We speak that we do know, and testify that we have seen; and ye receive not our witness.

3:12 If I have told you earthly things, and ye believe not, how shall ye believe, if I tell you of heavenly things?

3:13 And no man hath ascended up to heaven, but he that came down from heaven, even the Son of man which is in heaven.

3:14 And as Moses lifted up the serpent in the wilderness, even so must the Son of man be lifted up:

3:15 That whosoever believeth in him should not perish, but have eternal life.

3:16 For God so loved the world, that he gave his only begotten Son, that whosoever believeth in him should not perish, but have everlasting life.

3:17 For God sent not his Son into the world to condemn the world; but that the world through him might be saved.

3:18 He that believeth on him is not condemned: but he that believeth not is condemned already, because he hath not believed in the name of the only begotten Son of God.

3:19 And this is the condemnation, that light is come into the world, and men loved darkness rather than light, because their deeds were evil.

3:20 For every one that doeth evil hateth the light, neither cometh to the light, lest his deeds should be reproved.

3:21 But he that doeth truth cometh to the light, that his deeds may be made manifest, that they are wrought in God.

3:22 After these things came Jesus and his disciples into the land of Judaea; and there he tarried with them, and baptized.

3:23 And John also was baptizing in Aenon near to Salim, because there was much water there: and they came, and were baptized.

3:24 For John was not yet cast into prison.

3:25 Then there arose a question between some of John's disciples and the Jews about purifying.

Biblia Sacra Vulgata

3:26 And they came unto John, and said unto him, Rabbi, he that was with thee beyond Jordan, to whom thou barest witness, behold, the same baptizeth, and all men come to him.

3:27 John answered and said, A man can receive nothing, except it be given him from heaven.

3:28 Ye yourselves bear me witness, that I said, I am not the Christ, but that I am sent before him.

3:29 He that hath the bride is the bridegroom: but the friend of the bridegroom, which standeth and heareth him, rejoiceth greatly because of the bridegroom's voice: this my joy therefore is fulfilled.

3:30 He must increase, but I must decrease.

3:31 He that cometh from above is above all: he that is of the earth is earthly, and speaketh of the earth: he that cometh from heaven is above all.

3:32 And what he hath seen and heard, that he testifieth; and no man receiveth his testimony.

3:33 He that hath received his testimony hath set to his seal that God is true.

3:34 For he whom God hath sent speaketh the words of God: for God giveth not the Spirit by measure unto him.

3:35 The Father loveth the Son, and hath given all things into his hand.

3:36 He that believeth on the Son hath everlasting life: and he that believeth not the Son shall not see life; but the wrath of God abideth on him.

4:1 When therefore the LORD knew how the Pharisees had heard that Jesus made and baptized more disciples than John,

4:2 (Though Jesus himself baptized not, but his disciples,)

4:3 He left Judaea, and departed again into Galilee.

4:4 And he must needs go through Samaria.

4:5 Then cometh he to a city of Samaria, which is called Sychar, near to the parcel of ground that Jacob gave to his son Joseph.

4:6 Now Jacob's well was there. Jesus therefore, being wearied with his journey, sat thus on the well: and it was about the sixth hour.

4:7 There cometh a woman of Samaria to draw water: Jesus saith unto her, Give me to drink.

4:8 (For his disciples were gone away unto the city to buy meat.)

4:9 Then saith the woman of Samaria unto him, How is it that thou, being a Jew, askest drink of me, which am a woman of Samaria? for the Jews have no dealings with the Samaritans.

4:10 Jesus answered and said unto her, If thou knewest the gift of God, and who it is that saith to thee, Give me to drink; thou wouldest have asked of him, and he would have given thee living water.

ficatione 3:26 et uenerunt ad Iohannem et dixerunt ei rabbi qui erat tecum trans Iordanen cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes ueniunt ad eum 3:27 respondit Iohannes et dixit non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo 3:28 ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim ego non sum Christus sed quia missus sum ante illum 3:29 qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter uocem sponsi hoc ergo gaudium meum impletum est 3:30 illum oportet crescere me autem minui 3:31 qui desursum uenit supra omnes est qui est de terra de terra est et de terra loquitur qui de caelo uenit supra omnes est 3:32 et quod uidit et audiuit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit 3:33 qui accipit eius testimonium signauit quia Deus uerax est 3:34 quem enim misit Deus uerba Dei loquitur non enim ad mensuram dat Deus Spiritum 3:35 Pater diligit Filium et omnia dedit in manu eius 3:36 qui credit in Filium habet uitam aeternam qui autem incredulus est Filio non uidebit uitam sed ira Dei manet super eum

4:1 ut ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisei quia Iesus plures discipulos facit et baptizat quam Iohannes 4:2 quamquam Iesus non baptizaret sed discipuli eius 4:3 reliquit Iudaeam et abiit iterum in Galilaeam 4:4 oportebat autem eum transire per Samariam 4:5 uenit ergo in ciuitatem Samariae quae dicitur Sychar iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo 4:6 erat autem ibi fons Iacob Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora erat quasi sexta 4:7 uenit mulier de Samaria haurire aquam dicit ei Iesus da mihi bibere 4:8 discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent 4:9 dicit ergo ei mulier illa samaritana quomodo tu Iudaeus cum sis bibere a me poscis quae sum mulier samaritana non enim coutuntur Iudaei Samaritanis 4:10 respondit Iesus et dixit ei si scires donum

Euangelium Secundum Ioannem

Dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam 4:11 dicit ei mulier Domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam uiuam 4:12 numquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius 4:13 respondit Iesus et dixit ei omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum 4:14 sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam 4:15 dicit ad eum mulier Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque ueniam huc haurire 4:16 dicit ei Iesus uade uoca uirum tuum et ueni huc 4:17 respondit mulier et dixit non habeo uirum dicit ei Iesus bene dixisti quia non habeo uirum 4:18 quinque enim uiros habuisti et nunc quem habes non est tuus uir hoc uere dixisti 4:19 dicit ei mulier Domine uideo quia propheta es tu 4:20 patres nostri in monte hoc adorauerunt et uos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet 4:21 dicit ei Iesus mulier crede mihi quia ueniet hora quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis Patrem 4:22 uos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex Iudaeis est 4:23 sed uenit hora et nunc est quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate nam et Pater tales quaerit qui adorent eum 4:24 spiritus est Deus et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate oportet adorare 4:25 dicit ei mulier scio quia Messias uenit qui dicitur Christus cum ergo uenerit ille nobis adnuntiabit omnia 4:26 dicit ei Iesus ego sum qui loquor tecum 4:27 et continuo uenerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur nemo tamen dixit quid quaeris aut quid loqueris cum ea 4:28 reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in ciuitatem et dicit illis hominibus 4:29 uenite uidete hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci numquid ipse est Christus 4:30 exierunt de ciuitate et ueniebant ad eum

4:11 The woman saith unto him, Sir, thou hast nothing to draw with, and the well is deep: from whence then hast thou that living water?

4:12 Art thou greater than our father Jacob, which gave us the well, and drank thereof himself, and his children, and his cattle?

4:13 Jesus answered and said unto her, Whosoever drinketh of this water shall thirst again:

4:14 But whosoever drinketh of the water that I shall give him shall never thirst; but the water that I shall give him shall be in him a well of water springing up into everlasting life.

4:15 The woman saith unto him, Sir, give me this water, that I thirst not, neither come hither to draw.

4:16 Jesus saith unto her, Go, call thy husband, and come hither.

4:17 The woman answered and said, I have no husband. Jesus said unto her, Thou hast well said, I have no husband:

4:18 For thou hast had five husbands; and he whom thou now hast is not thy husband: in that saidst thou truly.

4:19 The woman saith unto him, Sir, I perceive that thou art a prophet.

4:20 Our fathers worshipped in this mountain; and ye say, that in Jerusalem is the place where men ought to worship.

4:21 Jesus saith unto her, Woman, believe me, the hour cometh, when ye shall neither in this mountain, nor yet at Jerusalem, worship the Father.

4:22 Ye worship ye know not what: we know what we worship: for salvation is of the Jews.

4:23 But the hour cometh, and now is, when the true worshippers shall worship the Father in spirit and in truth: for the Father seeketh such to worship him.

4:24 God is a Spirit: and they that worship him must worship him in spirit and in truth.

4:25 The woman saith unto him, I know that Messias cometh, which is called Christ: when he is come, he will tell us all things.

4:26 Jesus saith unto her, I that speak unto thee am he.

4:27 And upon this came his disciples, and marvelled that he talked with the woman: yet no man said, What seekest thou? or, Why talkest thou with her?

4:28 The woman then left her waterpot, and went her way into the city, and saith to the men,

4:29 Come, see a man, which told me all things that ever I did: is not this the Christ?

4:30 Then they went out of the city, and came unto him.

Biblia Sacra Vulgata

4:31 In the mean while his disciples prayed him, saying, Master, eat.

4:32 But he said unto them, I have meat to eat that ye know not of.

4:33 Therefore said the disciples one to another, Hath any man brought him ought to eat?

4:34 Jesus saith unto them, My meat is to do the will of him that sent me, and to finish his work.

4:35 Say not ye, There are yet four months, and then cometh harvest? behold, I say unto you, Lift up your eyes, and look on the fields; for they are white already to harvest.

4:36 And he that reapeth receiveth wages, and gathereth fruit unto life eternal: that both he that soweth and he that reapeth may rejoice together.

4:37 And herein is that saying true, One soweth, and another reapeth.

4:38 I sent you to reap that whereon ye bestowed no labour: other men laboured, and ye are entered into their labours.

4:39 And many of the Samaritans of that city believed on him for the saying of the woman, which testified, He told me all that ever I did.

4:40 So when the Samaritans were come unto him, they besought him that he would tarry with them: and he abode there two days.

4:41 And many more believed because of his own word;

4:42 And said unto the woman, Now we believe, not because of thy saying: for we have heard him ourselves, and know that this is indeed the Christ, the Saviour of the world.

4:43 Now after two days he departed thence, and went into Galilee.

4:44 For Jesus himself testified, that a prophet hath no honour in his own country.

4:45 Then when he was come into Galilee, the Galilaens received him, having seen all the things that he did at Jerusalem at the feast: for they also went unto the feast.

4:46 So Jesus came again into Cana of Galilee, where he made the water wine. And there was a certain nobleman, whose son was sick at Capernaum.

4:47 When he heard that Jesus was come out of Iudaea into Galilee, he went unto him, and besought him that he would come down, and heal his son: for he was at the point of death.

4:48 Then said Jesus unto him, Except ye see signs and wonders, ye will not believe.

4:49 The nobleman saith unto him, Sir, come down ere my child die.

4:31 interea rogabant eum discipuli dicentes rabbi manduca
4:32 ille autem dixit eis ego cibum habeo manducare quem
uos nescitis 4:33 dicebant ergo discipuli ad inuicem num-
quid aliquis adtulit ei manducare 4:34 dicit eis Iesus meus
cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me ut perfi-
ciam opus eius 4:35 nonne uos dicitis quod adhuc quattuor
menses sunt et messis uenit ecce dico uobis leuate oculos uestros
et uidete regiones quia albae sunt iam ad messem 4:36
et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in uitam
aeternam ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit 4:37
in hoc enim est uerbum uerum quia alius est qui seminat et
alius est qui metit 4:38 ego misi uos metere quod uos non
laborastis alii laborauerunt et uos in laborem eorum introistis
4:39 ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samari-
tanorum propter uerbum mulieris testimonium perhibentis
quia dixit mihi omnia quaecumque feci 4:40 cum uenissent
ergo ad illum Samaritani rogauerunt eum ut ibi maneret et
mansit ibi duos dies 4:41 et multo plures crediderunt pro-
pter sermonem eius 4:42 et mulieri dicebant quia iam non
propter tuam loquellam credimus ipsi enim audiuius et sci-
mus quia hic est uere saluator mundi 4:43 post duos autem
dies exiit inde et abiit in Galilaeam 4:44 ipse enim Iesus
testimonium perhibuit quia propheta in sua patria honorem
non habet 4:45 cum ergo uenisset in Galilaeam exceperunt
eum Galilaei cum omnia uidissent quae fecerat Hierosoly-
mis in die festo et ipsi enim uenerant in diem festum 4:46
uenit ergo iterum in Cana Galilaeae ubi fecit aquam uinum
et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum
4:47 hic cum audisset quia Iesus adueniret a Iudaea in Gali-
laeam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret
filium eius incipiebat enim mori 4:48 dixit ergo Iesus ad
eum nisi signa et prodia uideritis non creditis 4:49 dicit
ad eum regulus Domine descende priusquam moriatur filius

Euangelium Secundum Ioannem

meus 4:50 dicit ei Iesus uade filius tuus uiuit credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus et ibat 4:51 iam autem eo descendente serui occurrerunt ei et nuntiauerunt dicentes quia filius eius uiueret 4:52 interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris 4:53 cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus filius tuus uiuit et credidit ipse et domus eius tota 4:54 hoc iterum secundum signum fecit Iesus cum uenisset a Iudaea in Galilaeam

5:1 post haec erat dies festus Iudaeorum et ascendit Iesus Hierosolymis 5:2 est autem Hierosolymis super Probatica piscina quae cognominatur hebraice Bethesda quinque porticus habens 5:3 in his iacebat multitudo magna languentium caecorum claudorum aridorum expectantium aquae motum 5:4 5:5 erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua 5:6 hunc cum uidisset Iesus iacentem et cognouisset quia multum iam tempus habet dicit ei uis sanus fieri 5:7 respondit ei languidus Domine hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam dum uenio enim ego alius ante me descendit 5:8 dicit ei Iesus surge tolle grabattum tuum et ambula 5:9 et statim sanus factus est homo et sustulit grabattum suum et ambulabat erat autem sabbatum in illo die 5:10 dicebant Iudaei illi qui sanatus fuerat sabbatum est non licet tibi tollere grabattum tuum 5:11 respondit eis qui me fecit sanum ille mihi dixit tolle grabattum tuum et ambula 5:12 interrogauerunt ergo eum quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabattum tuum et ambula 5:13 is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset Iesus enim declinauit turba constituta in loco 5:14 postea inuenit eum Iesus in templo et dixit illi ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat 5:15 abiit ille homo et nuntiauit Iudaeis quia Iesus esset qui fecit eum sanum 5:16 propterea

4:50 Jesus saith unto him, Go thy way; thy son liveth. And the man believed the word that Jesus had spoken unto him, and he went his way.

4:51 And as he was now going down, his servants met him, and told him, saying, Thy son liveth.

4:52 Then enquired he of them the hour when he began to amend. And they said unto him, Yesterday at the seventh hour the fever left him.

4:53 So the father knew that it was at the same hour, in the which Jesus said unto him, Thy son liveth: and himself believed, and his whole house.

4:54 This is again the second miracle that Jesus did, when he was come out of Judaea into Galilee.

5:1 After this there was a feast of the Jews; and Jesus went up to Jerusalem.

5:2 Now there is at Jerusalem by the sheep market a pool, which is called in the Hebrew tongue Bethesda, having five porches.

5:3 In these lay a great multitude of impotent folk, of blind, halt, withered, waiting for the moving of the water.

5:4 For an angel went down at a certain season into the pool, and troubled the water: whosoever then first after the troubling of the water stepped in was made whole of whatsoever disease he had.

5:5 And a certain man was there, which had an infirmity thirty and eight years.

5:6 When Jesus saw him lie, and knew that he had been now a long time in that case, he saith unto him, Wilt thou be made whole?

5:7 The impotent man answered him, Sir, I have no man, when the water is troubled, to put me into the pool: but while I am coming, another steppeth down before me.

5:8 Jesus saith unto him, Rise, take up thy bed, and walk.

5:9 And immediately the man was made whole, and took up his bed, and walked: and on the same day was the sabbath.

5:10 The Jews therefore said unto him that was cured, It is the sabbath day: it is not lawful for thee to carry thy bed.

5:11 He answered them, He that made me whole, the same said unto me, Take up thy bed, and walk.

5:12 Then asked they him, What man is that which said unto thee, Take up thy bed, and walk?

5:13 And he that was healed wist not who it was: for Jesus had conveyed himself away, a multitude being in that place.

5:14 Afterward Jesus findeth him in the temple, and said unto him, Behold, thou art made whole: sin no more, lest a worse thing come unto thee.

5:15 The man departed, and told the Jews that it was Jesus, which had made him whole.

5:16 And therefore did the Jews persecute Jesus, and sought to slay him, because he had done these things on the sabbath day.

Biblia Sacra Vulgata

5:17 But Jesus answered them, My Father worketh hitherto, and I work.

5:18 Therefore the Jews sought the more to kill him, because he not only had broken the sabbath, but said also that God was his Father, making himself equal with God.

5:19 Then answered Jesus and said unto them, Verily, verily, I say unto you, The Son can do nothing of himself, but what he seeth the Father do: for what things soever he doeth, these also doeth the Son likewise.

5:20 For the Father loveth the Son, and sheweth him all things that himself doeth: and he will shew him greater works than these, that ye may marvel.

5:21 For as the Father raiseth up the dead, and quickeneth them; even so the Son quickeneth whom he will.

5:22 For the Father judgeth no man, but hath committed all judgment unto the Son:

5:23 That all men should honour the Son, even as they honour the Father. He that honoureth not the Son honoureth not the Father which hath sent him.

5:24 Verily, verily, I say unto you, He that heareth my word, and believeth on him that sent me, hath everlasting life, and shall not come into condemnation; but is passed from death unto life.

5:25 Verily, verily, I say unto you, The hour is coming, and now is, when the dead shall hear the voice of the Son of God: and they that hear shall live.

5:26 For as the Father hath life in himself; so hath he given to the Son to have life in himself;

5:27 And hath given him authority to execute judgment also, because he is the Son of man.

5:28 Marvel not at this: for the hour is coming, in the which all that are in the graves shall hear his voice,

5:29 And shall come forth; they that have done good, unto the resurrection of life; and they that have done evil, unto the resurrection of damnation.

5:30 I can of mine own self do nothing: as I hear, I judge: and my judgment is just; because I seek not mine own will, but the will of the Father which hath sent me.

5:31 If I bear witness of myself, my witness is not true.

5:32 There is another that beareth witness of me; and I know that the witness which he witnesseth of me is true.

5:33 Ye sent unto John, and he bare witness unto the truth.

persequabantur Iudaei Iesum quia haec faciebat in sabbato
5:17 Iesus autem respondit eis Pater meus usque modo operatur et ego operor 5:18 propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere quia non solum soluebat sabbatum sed et Patrem suum dicebat Deum aequalem se faciens Deo respondit itaque Iesus et dixit eis 5:19 amen amen dico uobis non potest Filius a se facere quicquam nisi quod uiderit Patrem facientem quaecumque enim ille fecerit haec et Filius similiter facit 5:20 Pater enim diligit Filium et omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini 5:21 sicut enim Pater suscitatur mortuos et uiuificat sic et Filius quos uult uiuificat 5:22 neque enim Pater iudicat quemquam sed iudicium omne dedit Filio 5:23 ut omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem qui non honorificat Filium non honorificat Patrem qui misit illum 5:24 amen amen dico uobis quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me habet uitam aeternam et in iudicium non uenit sed transit a morte in uitam 5:25 amen dico uobis quia uenit hora et nunc est quando mortui audient uocem Filii Dei et qui audierint uiuent 5:26 sicut enim Pater habet uitam in semet ipso sic dedit et Filio uitam habere in semet ipso 5:27 et potestatem dedit ei et iudicium facere quia Filius hominis est 5:28 nolite mirari hoc quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius 5:29 et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitae qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii 5:30 non possum ego a me ipso facere quicquam sicut audio iudico et iudicium meum iustum est quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me 5:31 si ego testimonium perhibeo de me testimonium meum non est uerum 5:32 alius est qui testimonium perhibet de me et scio quia uerum est testimonium quod perhibet de me 5:33 uos misistis ad Iohannem et testimonium perhibuit ueritati

Euangelium Secundum Ioannem

5:34 ego autem non ab homine testimonium accipio sed haec dico ut uos salui sitis 5:35 ille erat lucerna ardens et lucens uos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius 5:36 ego autem habeo testimonium maius Iohanne opera enim quae dedit mihi Pater ut perficiam ea ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia Pater me misit 5:37 et qui misit me Pater ipse testimonium perhibuit de me neque uocem eius umquam audistis neque speciem eius uidistis 5:38 et uerbum eius non habetis in uobis manens quia quem misit ille huic uos non creditis 5:39 scrutamini scripturas quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere et illae sunt quae testimonium perhibent de me 5:40 et non uultis uenire ad me ut uitam habeatis 5:41 claritatem ab hominibus non accipio 5:42 sed cognoui uos quia dilectionem Dei non habetis in uobis 5:43 ego ueni in nomine Patris mei et non accipitis me si alius uenerit in nomine suo illum accipietis 5:44 quomodo potestis uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis et gloriam quae a solo est Deo non quaeritis 5:45 nolite putare quia ego accusaturus sim uos apud Patrem est qui accuset uos Moses in quo uos speratis 5:46 si enim crederetis Mosi crederetis forsitan et mihi de me enim ille scripsit 5:47 si autem illius litteris non creditis quomodo meis uerbis credetis

6:1 post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae quod est Tiberiadis 6:2 et sequebatur eum multitudo magna quia uidebant signa quae faciebat super his qui infirmabantur 6:3 subiit ergo in montem Iesus et ibi sedebat cum discipulis suis 6:4 erat autem proximum pascha dies festus Iudaeorum 6:5 cum subleuasset ergo oculos Iesus et uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum dicit ad Philippum unde ememus panes ut manducent hii 6:6 hoc autem dicebat temptans eum ipse enim sciebat quid esset facturus 6:7 respondit ei Philippus ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut

5:34 But I receive not testimony from man: but these things I say, that ye might be saved.

5:35 He was a burning and a shining light: and ye were willing for a season to rejoice in his light.

5:36 But I have greater witness than that of John: for the works which the Father hath given me to finish, the same works that I do, bear witness of me, that the Father hath sent me.

5:37 And the Father himself, which hath sent me, hath borne witness of me. Ye have neither heard his voice at any time, nor seen his shape.

5:38 And ye have not his word abiding in you: for whom he hath sent, him ye believe not.

5:39 Search the scriptures: for in them ye think ye have eternal life: and they are they which testify of me.

5:40 And ye will not come to me, that ye might have life.

5:41 I receive not honour from men.

5:42 But I know you, that ye have not the love of God in you.

5:43 I am come in my Father's name, and ye receive me not: if another shall come in his own name, him ye will receive.

5:44 How can ye believe, which receive honour one of another, and seek not the honour that cometh from God only?

5:45 Do not think that I will accuse you to the Father: there is one that accuseth you, even Moses, in whom ye trust.

5:46 For had ye believed Moses, ye would have believed me; for he wrote of me.

5:47 But if ye believe not his writings, how shall ye believe my words?

6:1 After these things Jesus went over the sea of Galilee, which is the sea of Tiberias.

6:2 And a great multitude followed him, because they saw his miracles which he did on them that were diseased.

6:3 And Jesus went up into a mountain, and there he sat with his disciples.

6:4 And the passover, a feast of the Jews, was nigh.

6:5 When Jesus then lifted up his eyes, and saw a great company come unto him, he saith unto Philip, Whence shall we buy bread, that these may eat?

6:6 And this he said to prove him: for he himself knew what he would do.

6:7 Philip answered him, Two hundred pennyworth of bread is not sufficient for them, that every one of them may take a little.

Biblia Sacra Vulgata

6:8 One of his disciples, Andrew, Simon Peter's brother, saith unto him,

6:9 There is a lad here, which hath five barley loaves, and two small fishes: but what are they among so many?

6:10 And Jesus said, Make the men sit down. Now there was much grass in the place. So the men sat down, in number about five thousand.

6:11 And Jesus took the loaves; and when he had given thanks, he distributed to the disciples, and the disciples to them that were set down; and likewise of the fishes as much as they would.

6:12 When they were filled, he said unto his disciples, Gather up the fragments that remain, that nothing be lost.

6:13 Therefore they gathered them together, and filled twelve baskets with the fragments of the five barley loaves, which remained over and above unto them that had eaten.

6:14 Then those men, when they had seen the miracle that Jesus did, said, This is of a truth that prophet that should come into the world.

6:15 When Jesus therefore perceived that they would come and take him by force, to make him a king, he departed again into a mountain himself alone.

6:16 And when even was now come, his disciples went down unto the sea,

6:17 And entered into a ship, and went over the sea toward Capernaum. And it was now dark, and Jesus was not come to them.

6:18 And the sea arose by reason of a great wind that blew.

6:19 So when they had rowed about five and twenty or thirty furlongs, they see Jesus walking on the sea, and drawing nigh unto the ship: and they were afraid.

6:20 But he saith unto them, It is I, be not afraid.

6:21 Then they willingly received him into the ship: and immediately the ship was at the land whither they went.

6:22 The day following, when the people which stood on the other side of the sea saw that there was none other boat there, save that one wherinto his disciples were entered, and that Jesus went not with his disciples into the boat, but that his disciples were gone away alone;

6:23 (Howbeit there came other boats from Tiberias nigh unto the place where they did eat bread, after that the Lord had given thanks:)

6:24 When the people therefore saw that Jesus was not there, neither his disciples, they also took shipping, and came to Capernaum, seeking for Jesus.

6:25 And when they had found him on the other side of the sea, they said unto him, Rabbi, when camest thou hither?

unusquisque modicum quid accipiat 6:8 dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri 6:9 est puer unus hic qui habet quinque panes hordiacios et duos pisces sed haec quid sunt inter tantos 6:10 dixit ergo Iesus facite homines discumbere erat autem faenum multum in loco discubuerunt ergo uiri numero quasi quinque milia 6:11 accepit ergo panes Iesus et cum gratias egisset distribuit discumbentibus similiter et ex piscibus quantum uolebant 6:12 ut autem impleti sunt dixit discipulis suis colligite quae superauerunt fragmenta ne pereant 6:13 collegerunt ergo et impleuerunt duodecim cofinos fragmentorum ex quinque panibus hordiaciis quae superfuerunt his qui manducauerunt 6:14 illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum dicebant quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum 6:15 Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eum et facerent eum regem fugit iterum in montem ipse solus 6:16 ut autem sero factum est descenderunt discipuli eius ad mare 6:17 et cum ascendissent nauem uenerunt trans mare in Capharnaum et tenebrae iam factae erant et non uenerat ad eos Iesus 6:18 mare autem uento magno flante exsurgebat 6:19 cum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinque aut triginta uident Iesum ambulans super mare et proximum nauis fieri et timuerunt 6:20 ille autem dicit eis ego sum nolite timere 6:21 uoluerunt ergo accipere eum in nauis et statim fuit nauis ad terram quam ibant 6:22 altera die turba quae stabat trans mare uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauem sed soli discipuli eius abissent 6:23 aliae uero superuenerunt naues a Tiberiade iuxta locum ubi manducauerant panem gratias agente Domino 6:24 cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius ascenderunt nauiculas et uenerunt Capharnaum quaerentes Iesum 6:25 et cum inuenissent eum trans mare dixit

Euangelium Secundum Ioannem

runt ei rabbi quando huc uenisti 6:26 respondit eis Iesus et dixit amen amen dico uobis quaeritis me non quia uidistis signa sed quia manducastis ex panibus et saturati estis 6:27 operamini non cibum qui perit sed qui permanet in uitam aeternam quem Filius hominis uobis dabit hunc enim Pater signauit Deus 6:28 dixerunt ergo ad eum quid faciemus ut operemur opera Dei 6:29 respondit Iesus et dixit eis hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille 6:30 dixerunt ergo ei quod ergo tu facis signum ut uideamus et credamus tibi quid operaris 6:31 patres nostri manna manducauerunt in deserto sicut scriptum est panem de caelo dedit eis manducare 6:32 dixit ergo eis Iesus amen amen dico uobis non Moses dedit uobis panem de caelo sed Pater meus dat uobis panem de caelo uerum 6:33 panis enim Dei est qui descendit de caelo et dat uitam mundo 6:34 dixerunt ergo ad eum Domine semper da nobis panem hunc 6:35 dixit autem eis Iesus ego sum panis uitae qui ueniet ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet umquam 6:36 sed dixi uobis quia et uidistis me et non creditis 6:37 omne quod dat mihi Pater ad me ueniet et eum qui uenit ad me non eiciam foras 6:38 quia descendi de caelo non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me 6:39 haec est autem uoluntas eius qui misit me Patris ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo sed resuscitem illum nouissimo die 6:40 haec est enim uoluntas Patris mei qui misit me ut omnis qui uidet Filium et credit in eum habeat uitam aeternam et resuscitabo ego eum in nouissimo die 6:41 murmurabant ergo Iudaei de illo quia dixisset ego sum panis qui de caelo descendi 6:42 et dicebant nonne hic est Iesus filius Ioseph cuius nos nouimus patrem et matrem quomodo ergo dicit hic quia de caelo descendi 6:43 respondit ergo Iesus et dixit eis nolite murmurare in inuicem 6:44 nemo potest uenire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum et ego resuscitabo eum nouissimo

6:26 Jesus answered them and said, Verily, verily, I say unto you, Ye seek me, not because ye saw the miracles, but because ye did eat of the loaves, and were filled.

6:27 Labour not for the meat which perisheth, but for that meat which endureth unto everlasting life, which the Son of man shall give unto you: for him hath God the Father sealed.

6:28 Then said they unto him, What shall we do, that we might work the works of God?

6:29 Jesus answered and said unto them, This is the work of God, that ye believe on him whom he hath sent.

6:30 They said therefore unto him, What sign shewest thou then, that we may see, and believe thee? what dost thou work?

6:31 Our fathers did eat manna in the desert: as it is written, He gave them bread from heaven to eat.

6:32 Then Jesus said unto them, Verily, verily, I say unto you, Moses gave you not that bread from heaven; but my Father giveth you the true bread from heaven.

6:33 For the bread of God is he which cometh down from heaven, and giveth life unto the world.

6:34 Then said they unto him, Lord, evermore give us this bread.

6:35 And Jesus said unto them, I am the bread of life: he that cometh to me shall never hunger; and he that believeth on me shall never thirst.

6:36 But I said unto you, That ye also have seen me, and believe not.

6:37 All that the Father giveth me shall come to me; and him that cometh to me I will in no wise cast out.

6:38 For I came down from heaven, not to do mine own will, but the will of him that sent me.

6:39 And this is the Father's will which hath sent me, that of all which he hath given me I should lose nothing, but should raise it up again at the last day.

6:40 And this is the will of him that sent me, that every one which seeth the Son, and believeth on him, may have everlasting life: and I will raise him up at the last day.

6:41 The Jews then murmured at him, because he said, I am the bread which came down from heaven.

6:42 And they said, Is not this Jesus, the son of Joseph, whose father and mother we know? how is it then that he saith, I came down from heaven?

6:43 Jesus therefore answered and said unto them, Murmur not among yourselves.

6:44 No man can come to me, except the Father which hath sent me draw him: and I will raise him up at the last day.

Biblia Sacra Vulgata

6:45 It is written in the prophets, And they shall be all taught of God. Every man therefore that hath heard, and hath learned of the Father, cometh unto me.

6:46 Not that any man hath seen the Father, save he which is of God, he hath seen the Father.

6:47 Verily, verily, I say unto you, He that believeth on me hath everlasting life.

6:48 I am that bread of life.

6:49 Your fathers did eat manna in the wilderness, and are dead.

6:50 This is the bread which cometh down from heaven, that a man may eat thereof, and not die.

6:51 I am the living bread which came down from heaven:

6:52 if any man eat of this bread, he shall live for ever: and the bread that I will give is my flesh, which I will give for the life of the world.

6:53 The Jews therefore strove among themselves, saying, How can this man give us his flesh to eat?

6:54 Then Jesus said unto them, Verily, verily, I say unto you, Except ye eat the flesh of the Son of man, and drink his blood, ye have no life in you.

6:55 Whoso eateth my flesh, and drinketh my blood, hath eternal life; and I will raise him up at the last day.

6:56 For my flesh is meat indeed, and my blood is drink indeed.

6:57 He that eateth my flesh, and drinketh my blood, dwelleth in me, and I in him.

6:58 As the living Father hath sent me, and I live by the Father: so he that eateth me, even he shall live by me.

6:59 This is that bread which came down from heaven: not as your fathers did eat manna, and are dead: he that eateth of this bread shall live for ever.

6:60 These things said he in the synagogue, as he taught in Capernaum.

6:61 Many therefore of his disciples, when they had heard this, said, This is an hard saying; who can hear it?

6:62 When Jesus knew in himself that his disciples murmured at it, he said unto them, Doth this offend you?

6:63 What and if ye shall see the Son of man ascend up where he was before?

6:64 It is the spirit that quickeneth: the flesh profiteth nothing: the words that I speak unto you, they are spirit, and they are life.

6:65 But there are some of you that believe not. For Jesus knew from the beginning who they were that believed not, and who should betray him.

6:66 And he said, Therefore said I unto you, that no man can come unto me, except it were given unto him of my Father.

die 6:45 est scriptum in prophetis et erunt omnes docibiles Dei omnis qui audiuit a Patre et didicit uenit ad me 6:46 non quia Patrem uidit quisquam nisi is qui est a Deo hic uidit Patrem 6:47 amen amen dico uobis qui credit in me habet uitam aeternam 6:48 ego sum panis uitae 6:49 patres uestri manducauerunt in deserto manna et mortui sunt 6:50 hic est panis de caelo descendens ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur 6:51 ego sum panis uiuus qui de caelo descendi 6:52 si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in aeternum et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita 6:53 litigabant ergo Iudaei ad inuicem dicentes quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum 6:54 dixit ergo eis Iesus amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non habetis uitam in uobis 6:55 qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet uitam aeternam et ego resuscitabo eum in nouissimo die 6:56 caro enim mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus 6:57 qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo 6:58 sicut misit me uiuens Pater et ego uiuo propter Patrem et qui manducat me et ipse uiuet propter me 6:59 hic est panis qui de caelo descendit non sicut manducauerunt patres uestri manna et mortui sunt qui manducat hunc panem uiuet in aeternum 6:60 haec dixit in synagoga docens in Capharnaum 6:61 multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt durus est hic sermo quis potest eum audire 6:62 sciens autem Iesus apud semet ipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis hoc uos scandalizat 6:63 si ergo uideritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius 6:64 spiritus est qui uiuificat caro non prodeet quicquam uerba quae ego locutus sum uobis spiritus et uita sunt 6:65 sed sunt quidam ex uobis qui non credunt sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes et quis traditurus esset eum 6:66

Euangelium Secundum Ioannem

et dicebat propterea dixi uobis quia nemo potest uenire ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo 6:67 ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant 6:68 dixit ergo Iesus ad duodecim numquid et uos uultis abire 6:69 respondit ergo ei Simon Petrus Domine ad quem ibimus uerba uitae aeternae habes 6:70 et nos credidimus et cognouimus quia tu es Christus Filius Dei 6:71 respondit eis Iesus nonne ego uos duodecim elegi et ex uobis unus diabolus est 6:72 dicebat autem Iudam Simonis Scariotis hic enim erat traditurus eum cum esset unus ex duodecim

6:67 From that time many of his disciples went back, and walked no more with him.

6:68 Then said Jesus unto the twelve, Will ye also go away?

6:69 Then Simon Peter answered him, Lord, to whom shall we go? thou hast the words of eternal life.

6:70 And we believe and are sure that thou art that Christ, the Son of the living God.

6:71 Jesus answered them, Have not I chosen you twelve, and one of you is a devil?

6:72 He spake of Judas Iscariot the son of Simon: for he it was that should betray him, being one of the twelve.

7:1 post haec ambulabat Iesus in Galilaeam non enim uolebat in Iudaeam ambulare quia quaerebant eum Iudaei interficere 7:2 erat autem in proximo dies festus Iudaeorum scenopegia 7:3 dixerunt autem ad eum fratres eius transi hinc et uade in Iudaeam ut et discipuli tui uideant opera tua quae facis 7:4 nemo quippe in occulto quid facit et quaerit ipse in palam esse si haec facis manifesta te ipsum mundo 7:5 neque enim fratres eius credebant in eum 7:6 dicit ergo eis Iesus tempus meum nondum aduenit tempus autem uestrum semper est paratum 7:7 non potest mundus odisse uos me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt 7:8 uos ascendite ad diem festum hunc ego non ascendo ad diem festum istum quia meum tempus nondum impletum est 7:9 haec cum dixisset ipse mansit in Galilaea 7:10 ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto 7:11 Iudaei ergo quaerebant eum in die festo et dicebant ubi est ille 7:12 et murmur multus de eo erat in quidam enim dicebant quia bonus est alii autem dicebant non sed seducit turbas 7:13 nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudaeorum 7:14 iam autem die festo mediante ascendit Iesus in templum et docebat 7:15 et mirabantur Iudaei dicentes quomodo hic litteras scit cum non didicerit 7:16

7:1 After these things Jesus walked in Galilee: for he would not walk in Jewry, because the Jews sought to kill him.

7:2 Now the Jew's feast of tabernacles was at hand.

7:3 His brethren therefore said unto him, Depart hence, and go into Judaea, that thy disciples also may see the works that thou doest.

7:4 For there is no man that doeth any thing in secret, and he himself seeketh to be known openly. If thou do these things, shew thyself to the world.

7:5 For neither did his brethren believe in him.

7:6 Then Jesus said unto them, My time is not yet come: but your time is always ready.

7:7 The world cannot hate you: but me it hateth, because I testify of it, that the works thereof are evil.

7:8 Go ye up unto this feast: I go not up yet unto this feast: for my time is not yet full come.

7:9 When he had said these words unto them, he abode still in Galilee.

7:10 But when his brethren were gone up, then went he also up unto the feast, not openly, but as it were in secret.

7:11 Then the Jews sought him at the feast, and said, Where is he?

7:12 And there was much murmuring among the people concerning him: for some said, He is a good man: others said, Nay; but he deceiveth the people.

7:13 Howbeit no man spake openly of him for fear of the Jews.

7:14 Now about the midst of the feast Jesus went up into the temple, and taught.

7:15 And the Jews marvelled, saying, How knoweth this man letters, having never learned?

7:16 Jesus answered them, and said, My doctrine is not mine, but his that sent me.

Biblia Sacra Vulgata

7:17 If any man will do his will, he shall know of the doctrine, whether it be of God, or whether I speak of myself.

7:18 He that speaketh of himself seeketh his own glory: but he that seeketh his glory that sent him, the same is true, and no unrighteousness is in him.

7:19 Did not Moses give you the law, and yet none of you keepeth the law? Why go ye about to kill me?

7:20 The people answered and said, Thou hast a devil: who goeth about to kill thee?

7:21 Jesus answered and said unto them, I have done one work, and ye all marvel.

7:22 Moses therefore gave unto you circumcision; (not because it is of Moses, but of the fathers;) and ye on the sabbath day circumcise a man.

7:23 If a man on the sabbath day receive circumcision, that the law of Moses should not be broken; are ye angry at me, because I have made a man every whit whole on the sabbath day?

7:24 Judge not according to the appearance, but judge righteous judgment.

7:25 Then said some of them of Jerusalem, Is not this he, whom they seek to kill?

7:26 But, Jo, he speaketh boldly, and they say nothing unto him. Do the rulers know indeed that this is the very Christ?

7:27 Howbeit we know this man whence he is: but when Christ cometh, no man knoweth whence he is.

7:28 Then cried Jesus in the temple as he taught, saying, Ye both know me, and ye know whence I am: and I am not come of myself, but he that sent me is true, whom ye know not.

7:29 But I know him: for I am from him, and he hath sent me.

7:30 Then they sought to take him: but no man laid hands on him, because his hour was not yet come.

7:31 And many of the people believed on him, and said, When Christ cometh, will he do more miracles than these which this man hath done?

7:32 The Pharisees heard that the people murmured such things concerning him: and the Pharisees and the chief priests sent officers to take him.

7:33 Then said Jesus unto them, Yet a little while am I with you, and then I go unto him that sent me.

7:34 Ye shall seek me, and shall not find me: and where I am, thither ye cannot come.

7:35 Then said the Jews among themselves, Whither will he go, that we shall not find him? will he go unto the dispersed among the Gentiles, and teach the Gentiles?

respondit eis Iesus et dixit mea doctrina non est mea sed eius qui misit me 7:17 si quis uoluerit uoluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit an ego a me ipso loquar 7:18 qui a semet ipso loquitur gloriam propriam quaerit qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum hic uerax est et iniustitia in illo non est 7:19 nonne Moses dedit uobis legem et nemo ex uobis facit legem 7:20 quid me quaeritis interficere respondit turba et dixit daemonium habes quis te quaerit interficere 7:21 respondit Iesus et dixit eis unum opus feci et omnes miramini 7:22 propterea Moses dedit uobis circumcisionem non quia ex Mose est sed ex patribus et in sabbato circumciditis hominem 7:23 si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluatur lex Mosi mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato 7:24 nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate 7:25 dicebant ergo quidam ex Hierosolymis nonne hic est quem quaerunt interficere 7:26 et ecce palam loquitur et nihil ei dicunt numquid uere cognouerunt principes quia hic est Christus 7:27 sed hunc scimus unde sit Christus autem cum uenerit nemo scit unde sit 7:28 clamabat ergo docens in templo Iesus et dicens et me scitis et unde sim scitis et a me ipso non ueni sed est uerus qui misit me quem uos non scitis 7:29 ego scio eum quia ab ipso sum et ipse me misit 7:30 quaerebant ergo eum adprehendere et nemo misit in illum manus quia nondum uenerat hora eius 7:31 de turba autem multi crediderunt in eum et dicebant Christus cum uenerit numquid plura signa faciet quam quae hic facit 7:32 audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo haec et miserunt principes et Pharisei ministros ut adprehenderent eum 7:33 dixit ergo Iesus adhuc modicum tempus uobiscum sum et uado ad eum qui misit me 7:34 quaeritis me et non inuenietis et ubi sum ego uos non potestis uenire 7:35 dixerunt ergo Iudaei ad se ipsos quo

Euangelium Secundum Ioannem

hic iturus est quia non inueniemus eum numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes 7:36 quis est hic sermo quem dixit quaeritis me et non inuenietis et ubi sum ego non potestis uenire 7:37 in nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus et clamabat dicens si quis sitit ueniat ad me et bibat 7:38 qui credit in me sicut dixit scriptura flumina de uentre eius fluent aquae uiuae 7:39 hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum non enim erat Spiritus quia Iesus nondum fuerat glorificatus 7:40 ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant hic est uere propheta 7:41 alii dicebant hic est Christus quidam autem dicebant numquid a Galilaea Christus uenit 7:42 nonne scriptura dicit quia ex semine Dauid et Bethleem castello ubi erat Dauid uenit Christus 7:43 dissensio itaque facta est in turba propter eum 7:44 quidam autem ex ipsis uolebant adprehendere eum sed nemo misit super illum manus 7:45 uenerunt ergo ministri ad pontifices et Pharisaeos et dixerunt eis illi quare non adduxistis eum 7:46 responderunt ministri numquam sic locutus est homo sicut hic homo 7:47 responderunt ergo eis Pharisei numquid et uos seducti estis 7:48 numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex Pharisaeis 7:49 sed turba haec quae non nouit legem maledicti sunt 7:50 dicit Nicodemus ad eos ille qui uenit ad eum nocte qui unus erat ex ipsis 7:51 numquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius et cognouerit quid faciat 7:52 responderunt et dixerunt ei numquid et tu Galilaeus es scrutare et uide quia propheta a Galilaea non surgit 7:53 et reuersi sunt unusquisque in domum suam

8:1 Iesus autem perrexit in montem Oliueti 8:2 et diluculo iterum uenit in templum et omnis populus uenit ad eum et sedens docebat eos 8:3 adducunt autem scribae et Pharisaei mulierem in adulterio deprehensam et statuerunt eam in medio 8:4 et dixerunt ei magister haec mulier modo de-

7:36 What manner of saying is this that he said, Ye shall seek me, and shall not find me: and where I am, thither ye cannot come?

7:37 In the last day, that great day of the feast, Jesus stood and cried, saying, If any man thirst, let him come unto me, and drink.

7:38 He that believeth on me, as the scripture hath said, out of his belly shall flow rivers of living water.

7:39 (But this spake he of the Spirit, which they that believe on him should receive: for the Holy Ghost was not yet given; because that Jesus was not yet glorified.)

7:40 Many of the people therefore, when they heard this saying, said, Of a truth this is the Prophet.

7:41 Others said, This is the Christ. But some said, Shall Christ come out of Galilee?

7:42 Hath not the scripture said, That Christ cometh of the seed of David, and out of the town of Bethleem, where David was?

7:43 So there was a division among the people because of him.

7:44 And some of them would have taken him; but no man laid hands on him.

7:45 Then came the officers to the chief priests and Pharisees; and they said unto them, Why have ye not brought him?

7:46 The officers answered, Never man spake like this man.

7:47 Then answered them the Pharisees, Are ye also deceived?

7:48 Have any of the rulers or of the Pharisees believed on him?

7:49 But this people who knoweth not the law are cursed.

7:50 Nicodemus saith unto them, (he that came to Jesus by night, being one of them.)

7:51 Doth our law judge any man, before it hear him, and know what he doeth?

7:52 They answered and said unto him, Art thou also of Galilee? Search, and look: for out of Galilee ariseth no prophet.

7:53 And every man went unto his own house.

8:1 Jesus went unto the mount of Olives.

8:2 And early in the morning he came again into the temple, and all the people came unto him; and he sat down, and taught them.

8:3 And the scribes and Pharisees brought unto him a woman taken in adultery; and when they had set her in the midst,

8:4 They say unto him, Master, this woman was taken in adultery, in the very act.

Biblia Sacra Vulgata

8:5 Now Moses in the law commanded us, that such should be stoned: but what sayest thou?

8:6 This they said, tempting him, that they might have to accuse him. But Jesus stooped down, and with his finger wrote on the ground, as though he heard them not.

8:7 So when they continued asking him, he lifted up himself, and said unto them, He that is without sin among you, let him first cast a stone at her.

8:8 And again he stooped down, and wrote on the ground.

8:9 And they which heard it, being convicted by their own conscience, went out one by one, beginning at the eldest, even unto the last: and Jesus was left alone, and the woman standing in the midst.

8:10 When Jesus had lifted up himself, and saw none but the woman, he said unto her, Woman, where are those thine accusers? hath no man condemned thee?

8:11 She said, No man, Lord. And Jesus said unto her, Neither do I condemn thee: go, and sin no more.

8:12 Then spake Jesus again unto them, saying, I am the light of the world: he that followeth me shall not walk in darkness, but shall have the light of life.

8:13 The Pharisees therefore said unto him, Thou bearest record of thyself; thy record is not true.

8:14 Jesus answered and said unto them, Though I bear record of myself, yet my record is true: for I know whence I came, and whither I go; but ye cannot tell whence I come, and whither I go.

8:15 Ye judge after the flesh; I judge no man.

8:16 And yet if I judge, my judgment is true: for I am not alone, but I and the Father that sent me.

8:17 It is also written in your law, that the testimony of two men is true.

8:18 I am one that bear witness of myself, and the Father that sent me beareth witness of me.

8:19 Then said they unto him, Where is thy Father? Jesus answered, Ye neither know me, nor my Father: if ye had known me, ye should have known my Father also.

8:20 These words spake Jesus in the treasury, as he taught in the temple: and no man laid hands on him; for his hour was not yet come.

8:21 Then said Jesus again unto them, I go my way, and ye shall seek me, and shall die in your sins: whither I go, ye cannot come.

8:22 Then said the Jews, Will he kill himself? because he saith, Whither I go, ye cannot come.

prehensa est in adulterio 8:5 in lege autem Moses mandavit nobis huiusmodi lapidare tu ergo quid dicis 8:6 haec autem dicebant temptantes eum ut possent accusare eum Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra 8:7 cum autem perseuerarent interrogantes eum erexit se et dixit eis qui sine peccato est uestrum primus in illam lapidem mittat 8:8 et iterum se inclinans scribebat in terra 8:9 audientes autem unus post unum exiebant incipientes a senioribus et remansit solus et mulier in medio stans 8:10 erigens autem se Iesus dixit ei mulier ubi sunt nemo te condemnauit 8:11 quae dixit nemo Domine dixit autem Iesus nec ego te condemnabo uade et amplius iam noli peccare 8:12 iterum ergo locutus est eis Iesus dicens ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulabit in tenebris sed habebit lucem uitae 8:13 dixerunt ergo ei Pharisei tu de te ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est uerum 8:14 respondit Iesus et dixit eis et si ego testimonium perhibeo de me ipso uerum est testimonium meum quia scio unde ueni et quo uado uos autem nescitis unde uenio aut quo uado 8:15 uos secundum carnem iudicatis ego non iudico quemquam 8:16 et si iudico ego iudicium meum uerum est quia solus non sum sed ego et qui me misit Pater 8:17 et in lege uestra scriptum est quia duorum hominum testimonium uerum est 8:18 ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso et testimonium perhibet de me qui misit me Pater 8:19 dicebant ergo ei ubi est Pater tuus respondit Iesus neque me scitis neque Patrem meum si me sciretis forsitan et Patrem meum sciretis 8:20 haec uerba locutus est in gazofilacio docens in templo et nemo adprehendit eum quia necdum uenerat hora eius 8:21 dixit ergo iterum eis Iesus ego uado et quaeritis me et in peccato uestro moriemini quo ego uado uos non potestis uenire 8:22 dicebant ergo Iudaei numquid interficiet semet ipsum quia dicit quo ego uado uos non potestis uenire

Euangelium Secundum Ioannem

8:23 et dicebat eis uos de deorsum estis ego de supernis sum uos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo 8:24 dixi ergo uobis quia moriemini in peccatis uestris si enim non credideritis quia ego sum moriemini in peccato uestro 8:25 dicebant ergo ei tu quis es dixit eis Iesus principium quia et loquor uobis 8:26 multa habeo de uobis loqui et iudicare sed qui misit me uerax est et ego quae audiui ab eo haec loquor in mundo 8:27 et non cognouerunt quia Patrem eis dicebat 8:28 dixit ergo eis Iesus cum exaltaueritis Filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil sed sicut docuit me Pater haec loquor 8:29 et qui me misit mecum est non reliquit me solum quia ego quae placita sunt ei facio semper 8:30 haec illo loquente multi crediderunt in eum 8:31 dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudaeos si uos manseritis in sermone meo uere discipuli mei eritis 8:32 et cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos 8:33 responderunt ei semen Abrahae sumus et nemini seruiuimus umquam quomodo tu dicis liberi eritis 8:34 respondit eis Iesus amen amen dico uobis quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati 8:35 seruus autem non manet in domo in aeternum filius manet in aeternum 8:36 si ergo Filius uos liberauerit uere liberi eritis 8:37 scio quia filii Abrahae estis sed quaeritis me interficere quia sermo meus non capit in uobis 8:38 ego quod uidi apud Patrem loquor et uos quae uidistis apud patrem uestrum facitis 8:39 responderunt et dixerunt ei pater noster Abraham est dicit eis Iesus si filii Abrahae estis opera Abrahae facite 8:40 nunc autem quaeritis me interficere hominem qui ueritatem uobis locutus sum quam audiui a Deo hoc Abraham non fecit 8:41 uos facitis opera patris uestri dixerunt itaque ei nos ex fornicatione non sumus nati unum patrem habemus Deum 8:42 dixit ergo eis Iesus si Deus pater uester esset diligeretis utique me ego enim ex Deo processi et ueni neque enim a

8:23 And he said unto them, Ye are from beneath; I am from above: ye are of this world; I am not of this world.

8:24 I said therefore unto you, that ye shall die in your sins: for if ye believe not that I am he, ye shall die in your sins.

8:25 Then said they unto him, Who art thou? And Jesus saith unto them, Even the same that I said unto you from the beginning.

8:26 I have many things to say and to judge of you: but he that sent me is true; and I speak to the world those things which I have heard of him.

8:27 They understood not that he spake to them of the Father.

8:28 Then said Jesus unto them, When ye have lifted up the Son of man, then shall ye know that I am he, and that I do nothing of myself; but as my Father hath taught me, I speak these things.

8:29 And he that sent me is with me: the Father hath not left me alone; for I do always those things that please him.

8:30 As he spake these words, many believed on him.

8:31 Then said Jesus to those Jews which believed on him, If ye continue in my word, then are ye my disciples indeed;

8:32 And ye shall know the truth, and the truth shall make you free.

8:33 They answered him, We be Abraham's seed, and were never in bondage to any man: how sayest thou, Ye shall be made free?

8:34 Jesus answered them, Verily, verily, I say unto you, Whosoever committeth sin is the servant of sin.

8:35 And the servant abideth not in the house for ever: but the Son abideth ever.

8:36 If the Son therefore shall make you free, ye shall be free indeed.

8:37 I know that ye are Abraham's seed; but ye seek to kill me, because my word hath no place in you.

8:38 I speak that which I have seen with my Father: and ye do that which ye have seen with your father.

8:39 They answered and said unto him, Abraham is our father. Jesus saith unto them, If ye were Abraham's children, ye would do the works of Abraham.

8:40 But now ye seek to kill me, a man that hath told you the truth, which I have heard of God: this did not Abraham.

8:41 Ye do the deeds of your father. Then said they to him, We be not born of fornication; we have one Father, even God.

8:42 Jesus said unto them, If God were your Father, ye would love me: for I proceeded forth and came from God; neither came I of myself, but he sent me.

Biblia Sacra Vulgata

8:43 Why do ye not understand my speech? even because ye cannot hear my word.

8:44 Ye are of your father the devil, and the lusts of your father ye will do. He was a murderer from the beginning, and abode not in the truth, because there is no truth in him. When he speaketh a lie, he speaketh of his own: for he is a liar, and the father of it.

8:45 And because I tell you the truth, ye believe me not.

8:46 Which of you convinceth me of sin? And if I say the truth, why do ye not believe me?

8:47 He that is of God heareth God's words: ye therefore hear them not, because ye are not of God.

8:48 Then answered the Jews, and said unto him, Say we not well that thou art a Samaritan, and hast a devil?

8:49 Jesus answered, I have not a devil; but I honour my Father, and ye do dishonour me.

8:50 And I seek not mine own glory: there is one that seeketh and judgeth.

8:51 Verily, verily, I say unto you, If a man keep my saying, he shall never see death.

8:52 Then said the Jews unto him, Now we know that thou hast a devil. Abraham is dead, and the prophets; and thou sayest, If a man keep my saying, he shall never taste of death.

8:53 Art thou greater than our father Abraham, which is dead? and the prophets are dead: whom makest thou thyself?

8:54 Jesus answered, If I honour myself, my honour is nothing: it is my Father that honoureth me; of whom ye say, that he is your God:

8:55 Yet ye have not known him; but I know him: and if I should say, I know him not, I shall be a liar like unto you: but I know him, and keep his saying.

8:56 Your father Abraham rejoiced to see my day: and he saw it, and was glad.

8:57 Then said the Jews unto him, Thou art not yet fifty years old, and hast thou seen Abraham?

8:58 Jesus said unto them, Verily, verily, I say unto you, Before Abraham was, I am.

8:59 Then took they up stones to cast at him: but Jesus hid himself, and went out of the temple, going through the midst of them, and so passed by.

9:1 And as Jesus passed by, he saw a man which was blind from his birth.

9:2 And his disciples asked him, saying, Master, who did sin, this man, or his parents, that he was born blind?

me ipso ueni sed ille me misit 8:43 quare loquellam meam non cognoscitis quia non potestis audire sermonem meum 8:44 uos ex patre diabolo estis et desideria patris uestri uultis facere ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit quia non est ueritas in eo cum loquitur mendacium ex propriis loquitur quia mendax est et pater eius 8:45 ego autem quia ueritatem dico non creditis mihi 8:46 quis ex uobis arguit me de peccato si ueritatem dico quare uos non creditis mihi 8:47 qui est ex Deo uerba Dei audit propterea uos non auditis quia ex Deo non estis 8:48 responderunt igitur Iudaei et dixerunt ei nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et daemonium habes 8:49 respondit Iesus ego daemonium non habeo sed honorifico Patrem meum et uos inhonoratis me 8:50 ego autem non quaero gloriam meam est qui quaerit et iudicat 8:51 amen amen dico uobis si quis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit in aeternum 8:52 dixerunt ergo Iudaei nunc cognouimus quia daemonium habes Abraham mortuus est et prophetae et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem in aeternum 8:53 numquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est et prophetae mortui sunt quem te ipsum facis 8:54 respondit Iesus si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est est Pater meus qui glorificat me quem uos dicitis quia Deus noster est 8:55 et non cognouistis eum ego autem noui eum et si dixero quia non scio eum ero similis uobis mendax sed scio eum et sermonem eius seruo 8:56 Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum et uidit et gauisus est 8:57 dixerunt ergo Iudaei ad eum quinquaginta annos nondum habes et Abraham uidisti 8:58 dixit eis Iesus amen amen dico uobis antequam Abraham fieret ego sum 8:59 tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum Iesus autem abscondit se et exiuit de templo

9:1 et praeteriens uidit hominem caecum a natiuitate 9:2

Euangelium Secundum Ioannem

et interrogauerunt eum discipuli sui rabbi quis peccauit hic aut parentes eius ut caecus nasceretur 9:3 respondit Iesus neque hic peccauit neque parentes eius sed ut manifestetur opera Dei in illo 9:4 me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est uenit nox quando nemo potest operari 9:5 quamdiu in mundo sum lux sum mundi 9:6 haec cum dixisset expuit in terram et fecit lutum ex sputo et linuit lutum super oculos eius 9:7 et dixit ei uade laua in natatoria Siloae quod interpretatur Missus abiit ergo et lauit et uenit uidens 9:8 itaque uicini et qui uidebant eum prius quia mendicus erat dicebant nonne hic est qui sedebat et mendicabat alii dicebant quia hic est 9:9 alii autem nequaquam sed similis est eius ille dicebat quia ego sum 9:10 dicebant ergo ei quomodo aperti sunt oculi tibi 9:11 respondit ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi uade ad natatorium Siloae et laua et abii et laui et uidi 9:12 dixerunt ei ubi est ille ait nescio 9:13 adducunt eum ad Pharisaeos qui caecus fuerat 9:14 erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius 9:15 iterum ergo interrogabant eum Pharisaei quomodo uidisset ille autem dixit eis lutum posuit mihi super oculos et laui et uideo 9:16 dicebant ergo ex Pharisaeis quidam non est hic homo a Deo quia sabbatum non custodit alii dicebant quomodo potest homo peccator haec signa facere et scisma erat in eis 9:17 dicunt ergo caeco iterum tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos ille autem dixit quia propheta est 9:18 non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et uidisset donec uocauerunt parentes eius qui uiderat 9:19 et interrogauerunt eos dicentes hic est filius uester quem uos dicitis quia caecus natus est quomodo ergo nunc uidet 9:20 responderunt eis parentes eius et dixerunt scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est 9:21 quomodo autem nunc uideat nescimus aut quis eius aperuit oculos nos nes-

9:3 Jesus answered, Neither hath this man sinned, nor his parents: but that the works of God should be made manifest in him.

9:4 I must work the works of him that sent me, while it is day: the night cometh, when no man can work.

9:5 As long as I am in the world, I am the light of the world.

9:6 When he had thus spoken, he spat on the ground, and made clay of the spittle, and he anointed the eyes of the blind man with the clay.

9:7 And said unto him, Go, wash in the pool of Siloam, (which is by interpretation, Sent.) He went his way therefore, and washed, and came seeing.

9:8 The neighbours therefore, and they which before had seen him that he was blind, said, Is not this he that sat and begged?

9:9 Some said, This is he: others said, He is like him: but he said, I am he.

9:10 Therefore said they unto him, How were thine eyes opened?

9:11 He answered and said, A man that is called Jesus made clay, and anointed mine eyes, and said unto me, Go to the pool of Siloam, and wash: and I went and washed, and I received sight.

9:12 Then said they unto him, Where is he? He said, I know not.

9:13 They brought to the Pharisees him that aforetime was blind.

9:14 And it was the sabbath day when Jesus made the clay, and opened his eyes.

9:15 Then again the Pharisees also asked him how he had received his sight. He said unto them, He put clay upon mine eyes, and I washed, and do see.

9:16 Therefore said some of the Pharisees, This man is not of God, because he keepeth not the sabbath day. Others said, How can a man that is a sinner do such miracles? And there was a division among them.

9:17 They say unto the blind man again, What sayest thou of him, that he hath opened thine eyes? He said, He is a prophet.

9:18 But the Jews did not believe concerning him, that he had been blind, and received his sight, until they called the parents of him that had received his sight.

9:19 And they asked them, saying, Is this your son, who ye say was born blind? how then doth he now see?

9:20 His parents answered them and said, We know that this is our son, and that he was born blind:

9:21 But by what means he now seeth, we know not; or who hath opened his eyes, we know not: he is of age; ask him: he shall speak for himself.

Biblia Sacra Vulgata

9:22 These words spake his parents, because they feared the Jews: for the Jews had agreed already, that if any man did confess that he was Christ, he should be put out of the synagogue.

9:23 Therefore said his parents, He is of age; ask him.

9:24 Then again called they the man that was blind, and said unto him, Give God the praise: we know that this man is a sinner.

9:25 He answered and said, Whether he be a sinner or no, I know not: one thing I know, that, whereas I was blind, now I see.

9:26 Then said they to him again, What did he to thee? how opened he thine eyes?

9:27 He answered them, I have told you already, and ye did not hear: wherefore would ye hear it again? will ye also be his disciples?

9:28 Then they reviled him, and said, Thou art his disciple; but we are Moses' disciples.

9:29 We know that God spake unto Moses: as for this fellow, we know not from whence he is.

9:30 The man answered and said unto them, Why herein is a marvellous thing, that ye know not from whence he is, and yet he hath opened mine eyes.

9:31 Now we know that God heareth not sinners: but if any man be a worshipper of God, and doeth his will, him he heareth.

9:32 Since the world began was it not heard that any man opened the eyes of one that was born blind.

9:33 If this man were not of God, he could do nothing.

9:34 They answered and said unto him, Thou wast altogether born in sins, and dost thou teach us? And they cast him out.

9:35 Jesus heard that they had cast him out; and when he had found him, he said unto him, Dost thou believe on the Son of God?

9:36 He answered and said, Who is he, Lord, that I might believe on him?

9:37 And Jesus said unto him, Thou hast both seen him, and it is he that talketh with thee.

9:38 And he said, Lord, I believe. And he worshipped him.

9:39 And Jesus said, For judgment I am come into this world, that they which see not might see; and that they which see might be made blind.

9:40 And some of the Pharisees which were with him heard these words, and said unto him, Are we blind also?

9:41 Jesus said unto them, If ye were blind, ye should have no sin: but now ye say, We see; therefore your sin remaineth.

10:1 Verily, verily, I say unto you, He that entereth not by the door into the sheepfold, but climbeth up some other way, the same is a thief and a robber.

cimus ipsum interrogate aetatem habet ipse de se loquatur
9:22 haec dixerunt parentes eius quia timebant Iudaeos iam enim conspirauerant Iudaei ut si quis eum confiteretur Christum extra synagogam fieret 9:23 propterea parentes eius dixerunt quia aetatem habet ipsum interrogate 9:24 uocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat caecus et dixerunt ei da gloriam Deo nos scimus quia hic homo peccator est 9:25 dixit ergo ille si peccator est nescio unum scio quia caecus cum essem modo uideo 9:26 dixerunt ergo illi quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos 9:27 respondit eis dixi uobis iam et audistis quid iterum uultis audire numquid et uos uultis discipuli eius fieri 9:28 maledixerunt ei et dixerunt tu discipulus illius es nos autem Mosi discipuli sumus 9:29 nos scimus quia Mosi locutus est Deus hunc autem nescimus unde sit 9:30 respondit ille homo et dixit eis in hoc enim mirabile est quia uos nescitis unde sit et aperuit meos oculos 9:31 scimus autem quia peccatores Deus non audit sed si quis Dei cultor est et uoluntatem eius facit hunc exaudit 9:32 a saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos caeci nati 9:33 nisi esset hic a Deo non poterat facere quicquam 9:34 responderunt et dixerunt ei in peccatis natus es totus et tu doces nos et eiecerunt eum foras 9:35 audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras et cum inuenisset eum dixit ei tu credis in Filium Dei 9:36 respondit ille et dixit quis est Domine ut credam in eum 9:37 et dixit ei Iesus et uidisti eum et qui loquitur tecum ipse est 9:38 at ille ait credo Domine et procidens adorauit eum 9:39 dixit ei Iesus in iudicium ego in hunc mundum ueni ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant 9:40 et audierunt ex Pharisaeis qui cum ipso erant et dixerunt ei numquid et nos caeci sumus 9:41 dixit eis Iesus si caeci essetis non haberetis peccatum nunc uero dicitis quia uidemus peccatum uestrum manet

10:1 amen amen dico uobis qui non intrat per ostium in

Euangelium Secundum Ioannem

ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est et latro 10:2
qui autem intrat per ostium pastor est ouium 10:3 huic os-
tiarius aperit et oues uocem eius audiunt et proprias oues
uocat nominatim et educit eas 10:4 et cum proprias oues
emiserit ante eas uadit et oues illum sequuntur quia sciunt
uocem eius 10:5 alienum autem non sequuntur sed fugient
ab eo quia non nouerunt uocem alienorum 10:6 hoc prouer-
bium dixit eis Iesus illi autem non cognouerunt quid loquere-
tur eis 10:7 dixit ergo eis iterum Iesus amen amen dico uo-
bis quia ego sum ostium ouium 10:8 omnes quotquot uene-
runt fures sunt et latrones sed non audierunt eos oues 10:9
ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur et ingre-
dietur et egredietur et pascua inueniet 10:10 fur non uenit
nisi ut furetur et mactet et perdat ego ueni ut uitam habeant
et abundantius habeant 10:11 ego sum pastor bonus bonus
pastor animam suam dat pro ouibus 10:12 mercennarius et
qui non est pastor cuius non sunt oues propriae uidet lupum
uenientem et dimittit oues et fugit et lupus rapit et disper-
git oues 10:13 mercennarius autem fugit quia mercennarius
est et non pertinet ad eum de ouibus 10:14 ego sum pastor
bonus et cognosco meas et cognoscunt me meae 10:15 sic-
ut nouit me Pater et ego agnosco Patrem et animam meam
pono pro ouibus 10:16 et alias oues habeo quae non sunt
ex hoc ouili et illas oportet me adducere et uocem meam
audient et fiet unum ouile unus pastor 10:17 propterea me
Pater diligit quia ego pono animam meam ut iterum sumam
eam 10:18 nemo tollit eam a me sed ego pono eam a me
ipso potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo ite-
rum sumendi eam hoc mandatum accepi a Patre meo 10:19
dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos
10:20 dicebant autem multi ex ipsis daemonium habet et insa-
nit quid eum auditis 10:21 alii dicebant haec uerba non sunt
daemonium habentis numquid daemonium potest caecorum

10:2 But he that entereth in by the door is the shepherd of the sheep.

10:3 To him the porter openeth; and the sheep hear his voice: and he calleth his own sheep by name, and leadeth them out.

10:4 And when he putteth forth his own sheep, he goeth before them, and the sheep follow him: for they know his voice.

10:5 And a stranger will they not follow, but will flee from him: for they know not the voice of strangers.

10:6 This parable spake Jesus unto them: but they understood not what things they were which he spake unto them.

10:7 Then said Jesus unto them again, Verily, verily, I say unto you, I am the door of the sheep.

10:8 All that ever came before me are thieves and robbers: but the sheep did not hear them.

10:9 I am the door: by me if any man enter in, he shall be saved, and shall go in and out, and find pasture.

10:10 The thief cometh not, but for to steal, and to kill, and to destroy: I am come that they might have life, and that they might have it more abundantly.

10:11 I am the good shepherd: the good shepherd giveth his life for the sheep.

10:12 But he that is an hireling, and not the shepherd, whose own the sheep are not, seeth the wolf coming, and leaueeth the sheep, and fleeth: and the wolf catcheth them, and scattereth the sheep.

10:13 The hireling fleeth, because he is an hireling, and careth not for the sheep.

10:14 I am the good shepherd, and know my sheep, and am known of mine.

10:15 As the Father knoweth me, even so know I the Father: and I lay down my life for the sheep.

10:16 And other sheep I have, which are not of this fold: them also I must bring, and they shall hear my voice; and there shall be one fold, and one shepherd.

10:17 Therefore doth my Father love me, because I lay down my life, that I might take it again.

10:18 No man taketh it from me, but I lay it down of myself. I have power to lay it down, and I have power to take it again. This commandment have I received of my Father.

10:19 There was a division therefore again among the Jews for these sayings.

10:20 And many of them said, He hath a devil, and is mad; why hear ye him?

10:21 Others said, These are not the words of him that hath a devil. Can a devil open the eyes of the blind?

Biblia Sacra Vulgata

10:22 And it was at Jerusalem the feast of the dedication, and it was winter.

10:23 And Jesus walked in the temple in Solomon's porch.

10:24 Then came the Jews round about him, and said unto him, How long dost thou make us to doubt? If thou be the Christ, tell us plainly.

10:25 Jesus answered them, I told you, and ye believed not: the works that I do in my Father's name, they bear witness of me.

10:26 But ye believe not, because ye are not of my sheep, as I said unto you.

10:27 My sheep hear my voice, and I know them, and they follow me:

10:28 And I give unto them eternal life; and they shall never perish, neither shall any man pluck them out of my hand.

10:29 My Father, which gave them me, is greater than all; and no man is able to pluck them out of my Father's hand.

10:30 I and my Father are one.

10:31 Then the Jews took up stones again to stone him.

10:32 Jesus answered them, Many good works have I shewed you from my Father; for which of those works do ye stone me?

10:33 The Jews answered him, saying, For a good work we stone thee not; but for blasphemy; and because that thou, being a man, makest thyself God.

10:34 Jesus answered them, Is it not written in your law, I said, Ye are gods?

10:35 If he called them gods, unto whom the word of God came, and the scripture cannot be broken;

10:36 Say ye of him, whom the Father hath sanctified, and sent into the world, Thou blasphemest; because I said, I am the Son of God?

10:37 If I do not the works of my Father, believe me not.

10:38 But if I do, though ye believe not me, believe the works: that ye may know, and believe, that the Father is in me, and I in him.

10:39 Therefore they sought again to take him: but he escaped out of their hand.

10:40 And went away again beyond Jordan into the place where John at first baptized; and there he abode.

10:41 And many resorted unto him, and said, John did no miracle: but all things that John spake of this man were true.

10:42 And many believed on him there.

oculos aperire 10:22 facta sunt autem encenia in Hierosolymis et hiemps erat 10:23 et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis 10:24 circumdederunt ergo eum Iudaei et dicebant ei quousque animam nostram tollis si tu es Christus dic nobis palam 10:25 respondit eis Iesus loquor uobis et non creditis opera quae ego facio in nomine Patris mei haec testimonium perhibent de me 10:26 sed uos non creditis quia non estis ex ouibus meis 10:27 oues meae uocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me 10:28 et ego uitam aeternam do eis et non peribunt in aeternum et non rapiet eas quisquam de manu mea 10:29 Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est et nemo potest rapere de manu Patris mei 10:30 ego et Pater unum sumus 10:31 sustulerunt lapides Iudaei ut lapidarent eum 10:32 respondit eis Iesus multa opera bona ostendi uobis ex Patre meo propter quod eorum opus me lapidatis 10:33 responderunt ei Iudaei de bono opere non lapidamus te sed de blasphemia et quia tu homo cum sis facis te ipsum Deum 10:34 respondit eis Iesus nonne scriptum est in lege uestra quia ego dixi dii estis 10:35 si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est et non potest solui scriptura 10:36 quem Pater sanctificauit et misit in mundum uos dicitis quia blasphemias quia dixi Filius Dei sum 10:37 si non facio opera Patris mei nolite credere mihi 10:38 si autem facio et si mihi non uultis credere operibus credite ut cognoscatis et credatis quia in me est Pater et ego in Patre 10:39 quaerebant ergo eum prendere et exiuit de manibus eorum 10:40 et abiit iterum trans Iordanem in eum locum ubi erat Iohannes baptizans primum et mansit illic 10:41 et multi uenerunt ad eum et dicebant quia Iohannes quidem signum fecit nullum 10:42 omnia autem quaecumque dixit Iohannes de hoc uera erant et multi crediderunt in eum

11:1 Now a certain man was sick, named Lazarus, of Bethany, the town of Mary and her sister Martha.

11:1 erat autem quidam languens Lazarus a Bethania de

Euangelium Secundum Ioannem

castello Mariae et Marthae sororis eius 11:2 Maria autem erat quae unxit Dominum unguento et extersit pedes eius capillis suis cuius frater Lazarus infirmabatur 11:3 miserunt ergo sorores ad eum dicentes Domine ecce quem amas infirmatur 11:4 audiens autem Iesus dixit eis infirmitas haec non est ad mortem sed pro gloria Dei ut glorificetur Filius Dei per eam 11:5 diligebat autem Iesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum 11:6 ut ergo audiuit quia infirmabatur tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus 11:7 deinde post haec dicit discipulis suis eamus in Iudaeam iterum 11:8 dicunt ei discipuli rabbi nunc quaerebant te Iudaei lapidare et iterum uadis illuc 11:9 respondit Iesus nonne duodecim horae sunt diei si quis ambulauerit in die non offendit quia lucem huius mundi uidet 11:10 si autem ambulauerit nocte offendit quia lux non est in eo 11:11 haec ait et post hoc dicit eis Lazarus amicus noster dormit sed uado ut a somno exsuscitem eum 11:12 dixerunt ergo discipuli eius Domine si dormit saluus erit 11:13 dixerat autem Iesus de morte eius illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret 11:14 tunc ergo dixit eis Iesus manifeste Lazarus mortuus est 11:15 et gaudeo propter uos ut credatis quoniam non eram ibi sed eamus ad eum 11:16 dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiscipulos eamus et nos ut moriamur cum eo 11:17 uenit itaque Iesus et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem 11:18 erat autem Bethania iuxta Hierosolyma quasi stadiis quindecim 11:19 multi autem ex Iudaeis uenerant ad Martham et Mariam ut consolarentur eas de fratre suo 11:20 Martha ergo ut audiuit quia Iesus uenit occurrit illi Maria autem domi sedebat 11:21 dixit ergo Martha ad Iesum Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus 11:22 sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo dabit tibi Deus 11:23 dicit illi Iesus resurget frater tuus 11:24 dicit ei Martha scio quia re-

11:2 (It was that Mary which anointed the Lord with ointment, and wiped his feet with her hair, whose brother Lazarus was sick.)

11:3 Therefore his sisters sent unto him, saying, Lord, behold, he whom thou lovest is sick.

11:4 When Jesus heard that, he said, This sickness is not unto death, but for the glory of God, that the Son of God might be glorified thereby.

11:5 Now Jesus loved Martha, and her sister, and Lazarus.

11:6 When he had heard therefore that he was sick, he abode two days still in the same place where he was.

11:7 Then after that saith he to his disciples, Let us go into Judaea again.

11:8 His disciples say unto him, Master, the Jews of late sought to stone thee; and goest thou thither again?

11:9 Jesus answered, Are there not twelve hours in the day? If any man walk in the day, he stumbleth not, because he seeth the Light of this world.

11:10 But if a man walk in the night, he stumbleth, because there is no light in him.

11:11 These things said he: and after that he saith unto them, Our friend Lazarus sleepeth; but I go, that I may awake him out of sleep.

11:12 Then said his disciples, Lord, if he sleep, he shall do well.

11:13 Howbeit Jesus spake of his death: but they thought that he had spoken of taking of rest in sleep.

11:14 Then said Jesus unto them plainly, Lazarus is dead.

11:15 And I am glad for your sakes that I was not there, to the intent ye may believe; nevertheless let us go unto him.

11:16 Then said Thomas, which is called Didymus, unto his fellowdisciples, Let us also go, that we may die with him.

11:17 Then when Jesus came, he found that he had lain in the grave four days already.

11:18 Now Bethany was nigh unto Jerusalem, about fifteen furlongs off:

11:19 And many of the Jews came to Martha and Mary, to comfort them concerning their brother.

11:20 Then Martha, as soon as she heard that Jesus was coming, went and met him: but Mary sat still in the house.

11:21 Then said Martha unto Jesus, Lord, if thou hadst been here, my brother had not died.

11:22 But I know, that even now, whatsoever thou wilt ask of God, God will give it thee.

11:23 Jesus saith unto her, Thy brother shall rise again.

11:24 Martha saith unto him, I know that he shall rise again in the resurrection at the last day.

Biblia Sacra Vulgata

11:25 Jesus said unto her, I am the resurrection, and the life: he that believeth in me, though he were dead, yet shall he live:

11:26 And whosoever liveth and believeth in me shall never die. Believest thou this?

11:27 She saith unto him, Yea, Lord: I believe that thou art the Christ, the Son of God, which should come into the world.

11:28 And when she had so said, she went her way, and called Mary her sister secretly, saying, The Master is come, and calleth for thee.

11:29 As soon as she heard that, she arose quickly, and came unto him.

11:30 Now Jesus was not yet come into the town, but was in that place where Martha met him.

11:31 The Jews then which were with her in the house, and comforted her, when they saw Mary, that she rose up hastily and went out, followed her, saying, She goeth unto the grave to weep there.

11:32 Then when Mary was come where Jesus was, and saw him, she fell down at his feet, saying unto him, Lord, if thou hadst been here, my brother had not died.

11:33 When Jesus therefore saw her weeping, and the Jews also weeping which came with her, he groaned in the spirit, and was troubled.

11:34 And said, Where have ye laid him? They said unto him, Lord, come and see.

11:35 Jesus wept.

11:36 Then said the Jews, Behold how he loved him!

11:37 And some of them said, Could not this man, which opened the eyes of the blind, have caused that even this man should not have died?

11:38 Jesus therefore again groaning in himself cometh to the grave. It was a cave, and a stone lay upon it.

11:39 Jesus said, Take ye away the stone. Martha, the sister of him that was dead, saith unto him, Lord, by this time he stinketh: for he hath been dead four days.

11:40 Jesus saith unto her, Said I not unto thee, that, if thou wouldest believe, thou shouldest see the glory of God?

11:41 Then they took away the stone from the place where the dead was laid. And Jesus lifted up his eyes, and said, Father, I thank thee that thou hast heard me.

11:42 And I knew that thou hearest me always: but because of the people which stand by I said it, that they may believe that thou hast sent me.

11:43 And when he thus had spoken, he cried with a loud voice, Lazarus, come forth.

11:44 And he that was dead came forth, bound hand and foot with graveclothes: and his face was bound about with a napkin. Jesus saith unto them, Loose him, and let him go.

surget in resurrectione in nouissima die 11:25 dixit ei Iesus ego sum resurrectio et uita qui credit in me et si mortuus fuerit uiuet 11:26 et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in aeternum credis hoc 11:27 ait illi utique Domine ego credidi quia tu es Christus Filius Dei qui in mundum uenisti 11:28 et cum haec dixisset abiit et uocauit Mariam sororem suam silentio dicens magister adest et uocat te 11:29 illa ut audiuit surgit cito et uenit ad eum 11:30 nondum enim uenerat Iesus in castellum sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha 11:31 Iudaei igitur qui erant cum ea in domo et consolabantur eam cum uidissent Mariam quia cito surrexit et exiit secuti sunt eam dicentes quia uadit ad monumentum ut ploret ibi 11:32 Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus uidens eum cecidit ad pedes eius et dixit ei Domine si fuisses hic non esset mortuus frater meus 11:33 Iesus ergo ut uidit eam plorantem et Iudaeos qui uenerant cum ea plorantes fremuit spiritu et turbauit se ipsum 11:34 et dixit ubi posuistis eum dicunt ei Domine ueni et uide 11:35 et lacrimatus est Iesus 11:36 dixerunt ergo Iudaei ecce quomodo amabat eum 11:37 quidam autem dixerunt ex ipsis non poterat hic qui aperuit oculos caeci facere ut et hic non moreretur 11:38 Iesus ergo rursum fremens in semet ipso uenit ad monumentum erat autem spelunca et lapis superpositus erat ei 11:39 ait Iesus tollite lapidem dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat Domine iam fetet quadriduanus enim est 11:40 dicit ei Iesus nonne dixi tibi quoniam si credideris uidebis gloriam Dei 11:41 tulerunt ergo lapidem Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit Pater gratias ago tibi quoniam audisti me 11:42 ego autem sciebam quia semper me audis sed propter populum qui circumstat dixi ut credant quia tu me misisti 11:43 haec cum dixisset uoce magna clamauit Lazare ueni foras 11:44 et statim prodiit qui fuerat mortuus ligatus pedes et manus institis et facies illius sudario erat li-

Euangelium Secundum Ioannem

gata dicit Iesus eis soluite eum et sinite abire 11:45 multi ergo ex Iudaeis qui uenerant ad Mariam et uiderant quae fecit crediderunt in eum 11:46 quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisaeos et dixerunt eis quae fecit Iesus 11:47 collegerunt ergo pontifices et Pharisaei concilium et dicebant quid facimus quia hic homo multa signa facit 11:48 si dimittimus eum sic omnes credent in eum et uenient Romani et tolent nostrum et locum et gentem 11:49 unus autem ex ipsis Caiaphas cum esset pontifex anni illius dixit eis uos nescitis quicquam 11:50 nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat 11:51 hoc autem a semet ipso non dixit sed cum esset pontifex anni illius prophetauit quia Iesus moriturus erat pro gente 11:52 et non tantum pro gente sed et ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum 11:53 ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum 11:54 Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudaeos sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quae dicitur Efrem et ibi morabatur cum discipulis 11:55 proximum autem erat pascha Iudaeorum et ascenderunt multi Hierosolyma de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos 11:56 quaerebant ergo Iesum et conloquebantur ad inuicem in templo stantes quid putatis quia non ueniat ad diem festum 11:57 dederant autem pontifices et Pharisaei mandatum ut si quis cognouerit ubi sit indicet ut adprehendant eum

12:1 Iesus ergo ante sex dies paschae uenit Bethaniam ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit Iesus 12:2 fecerunt autem ei cenam ibi et Martha ministrabat Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo 12:3 Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi unxit pedes Iesu et extersit capillis suis pedes eius et domus impleta est ex odore unguenti 12:4 dicit ergo unus ex discipulis eius Iudas Scariotis qui erat eum traditurus 12:5 quare hoc un-

11:45 Then many of the Jews which came to Mary, and had seen the things which Jesus did, believed on him.

11:46 But some of them went their ways to the Pharisees, and told them what things Jesus had done.

11:47 Then gathered the chief priests and the Pharisees a council, and said, What do we? for this man doeth many miracles.

11:48 If we let him thus alone, all men will believe on him: and the Romans shall come and take away both our place and nation.

11:49 And one of them, named Caiaphas, being the high priest that same year, said unto them, Ye know nothing at all,

11:50 Nor consider that it is expedient for us, that one man should die for the people, and that the whole nation perish not.

11:51 And this spake he not of himself: but being high priest that year, he prophesied that Jesus should die for that nation;

11:52 And not for that nation only, but that also he should gather together in one the children of God that were scattered abroad.

11:53 Then from that day forth they took counsel together for to put him to death.

11:54 Jesus therefore walked no more openly among the Jews; but went thence unto a country near to the wilderness, into a city called Ephraim, and there continued with his disciples.

11:55 And the Jews' passover was nigh at hand: and many went out of the country up to Jerusalem before the passover, to purify themselves.

11:56 Then sought they for Jesus, and spake among themselves, as they stood in the temple, What think ye, that he will not come to the feast?

11:57 Now both the chief priests and the Pharisees had given a commandment, that, if any man knew where he were, he should shew it, that they might take him.

12:1 Then Jesus six days before the passover came to Bethany, where Lazarus was, which had been dead, whom he raised from the dead.

12:2 There they made him a supper; and Martha served: but Lazarus was one of them that sat at the table with him.

12:3 Then took Mary a pound of ointment of spikenard, very costly, and anointed the feet of Jesus, and wiped his feet with her hair; and the house was filled with the odour of the ointment.

12:4 Then saith one of his disciples, Judas Iscariot, Simon's son, which should betray him,

12:5 Why was not this ointment sold for three hundred pence, and given to the poor?

Biblia Sacra Vulgata

12:6 This he said, not that he cared for the poor; but because he was a thief, and had the bag, and bare what was put therein.

12:7 Then said Jesus, Let her alone: against the day of my burying hath she kept this.

12:8 For the poor always ye have with you; but me ye have not always.

12:9 Much people of the Jews therefore knew that he was there: and they came not for Jesus' sake only, but that they might see Lazarus also, whom he had raised from the dead.

12:10 But the chief priests consulted that they might put Lazarus also to death;

12:11 Because that by reason of him many of the Jews went away, and believed on Jesus.

12:12 On the next day much people that were come to the feast, when they heard that Jesus was coming to Jerusalem,

12:13 Took branches of palm trees, and went forth to meet him, and cried, Hosanna: Blessed is the King of Israel that cometh in the name of the Lord.

12:14 And Jesus, when he had found a young ass, sat thereon; as it is written,

12:15 Fear not, daughter of Sion: behold, thy King cometh, sitting on an ass's colt.

12:16 These things understood not his disciples at the first: but when Jesus was glorified, then remembered they that these things were written of him, and that they had done these things unto him.

12:17 The people therefore that was with him when he called Lazarus out of his grave, and raised him from the dead, bare record.

12:18 For this cause the people also met him, for that they heard that he had done this miracle.

12:19 The Pharisees therefore said among themselves, Perceive ye how ye prevail nothing? behold, the world is gone after him.

12:20 And there were certain Greeks among them that came up to worship at the feast:

12:21 The same came therefore to Philip, which was of Bethsaida of Galilee, and desired him, saying, Sir, we would see Jesus.

12:22 Philip cometh and telleth Andrew: and again Andrew and Philip tell Jesus.

12:23 And Jesus answered them, saying, The hour is come, that the Son of man should be glorified.

12:24 Verily, verily, I say unto you, Except a corn of wheat fall into the ground and die, it abideth alone: but if it die, it bringeth forth much fruit.

guentum non ueniit trecentis denariis et datum est egenis
12:6 dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum
sed quia fur erat et loculos habens ea quae mittebantur por-
tabat 12:7 dixit ergo Iesus sine illam ut in die sepulturae
meae seruet illud 12:8 pauperes enim semper habetis uo-
biscum me autem non semper habetis 12:9 cognouit ergo
turba multa ex Iudaeis quia illic est et uenerunt non prop-
ter Iesum tantum sed ut Lazarum uiderent quem suscitauit a
mortuis 12:10 cogitauerunt autem principes sacerdotum ut
et Lazarum interficerent 12:11 quia multi propter illum abi-
bant ex Iudaeis et credebant in Iesum 12:12 in crastinum
autem turba multa quae uenerat ad diem festum cum audis-
sent quia uenit Iesus Hierosolyma 12:13 acceperunt ramos
palmarum et processerunt obuam ei et clamabant osanna
benedictus qui uenit in nomine Domini rex Israhel 12:14
et inuenit Iesus asellum et sedit super eum sicut scriptum
est 12:15 noli timere filia Sion ecce rex tuus uenit sedens
super pullum asinae 12:16 haec non cognouerunt discipuli
eius primum sed quando glorificatus est Iesus tunc recordati
sunt quia haec erant scripta de eo et haec fecerunt ei 12:17
testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando
Lazarum uocauit de monumento et suscitauit eum a mor-
tuis 12:18 propterea et obuam uenit ei turba quia audierunt
eum fecisse hoc signum 12:19 Pharisei ergo dixerunt ad
semet ipsos uidetis quia nihil proficimus ecce mundus totus
post eum abiit 12:20 erant autem gentiles quidam ex his qui
ascenderant ut adorarent in die festo 12:21 hii ergo acces-
serunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilaeae et roga-
bant eum dicentes domine uolumus Iesum uidere 12:22 ue-
nit Philippus et dicit Andreae Andreas rursus et Philippus
dixerunt Iesu 12:23 Iesus autem respondit eis dicens uenit
hora ut clarificetur Filius hominis 12:24 amen amen dico
uobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit

Euangelium Secundum Ioannem

12:25 ipsum solum manet si autem mortuum fuerit multum fructum adfert qui amat animam suam perdet eam et qui odit animam suam in hoc mundo in uitam aeternam custodit eam
12:26 si quis mihi ministrat me sequatur et ubi sum ego illic et minister meus erit si quis mihi ministrauerit honorificabit eum Pater meus 12:27 nunc anima mea turbata est et quid dicam Pater saluifica me ex hora hac sed propterea ueni in horam hanc 12:28 Pater clarifica tuum nomen uenit ergo uox de caelo et clarificaui et iterum clarificabo 12:29 turba ergo quae stabat et audierat dicebant tonitruum factum esse alii dicebant angelus ei locutus est 12:30 respondit Iesus et dixit non propter me uox haec uenit sed propter uos 12:31 nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eicitur foras 12:32 et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum 12:33 hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus 12:34 respondit ei turba nos audiuimus ex lege quia Christus manet in aeternum et quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis quis est iste Filius hominis 12:35 dixit ergo eis Iesus adhuc modicum lumen in uobis est ambulate dum lucem habetis ut non tenebrae uos comprehendant et qui ambulat in tenebris nescit quo uadat 12:36 dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis haec locutus est Iesus et abiit et abscondit se ab eis 12:37 cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum 12:38 ut sermo Esaias prophetae impleretur quem dixit Domine quis credidit auditui nostro et brachium Domini cui reuelatum est 12:39 propterea non poterant credere quia iterum dixit Esaias 12:40 excaecauit oculos eorum et indurauit eorum cor ut non uideant oculis et intellegant corde et conuertantur et sanem eos 12:41 haec dixit Esaias quando uidit gloriam eius et locutus est de eo 12:42 uerumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum sed propter Pharisaeos non confitebantur ut de synagoga non eicerentur 12:43 dilexerunt enim glo-

12:25 He that loveth his life shall lose it; and he that hateth his life in this world shall keep it unto life eternal.

12:26 If any man serve me, let him follow me; and where I am, there shall also my servant be: if any man serve me, him will my Father honour.

12:27 Now is my soul troubled; and what shall I say? Father, save me from this hour: but for this cause came I unto this hour.

12:28 Father, glorify thy name. Then came there a voice from heaven, saying, I have both glorified it, and will glorify it again.

12:29 The people therefore, that stood by, and heard it, said that it thundered: others said, An angel spake to him.

12:30 Jesus answered and said, This voice came not because of me, but for your sakes.

12:31 Now is the judgment of this world: now shall the prince of this world be cast out.

12:32 And I, if I be lifted up from the earth, will draw all men unto me.

12:33 This he said, signifying what death he should die.

12:34 The people answered him, We have heard out of the law that Christ abideth for ever: and how sayest thou, The Son of man must be lifted up? who is this Son of man?

12:35 Then Jesus said unto them, Yet a little while is the light with you. Walk while ye have the light, lest darkness come upon you: for he that walketh in darkness knoweth not whither he goeth.

12:36 While ye have light, believe in the light, that ye may be the children of light. These things spake Jesus, and departed, and did hide himself from them.

12:37 But though he had done so many miracles before them, yet they believed not on him:

12:38 That the saying of Esaias the prophet might be fulfilled, which he spake, Lord, who hath believed our report? and to whom hath the arm of the Lord been revealed?

12:39 Therefore they could not believe, because that Esaias said again,

12:40 He hath blinded their eyes, and hardened their heart; that they should not see with their eyes, nor understand with their heart, and be converted, and I should heal them.

12:41 These things said Esaias, when he saw his glory, and spake of him.

12:42 Nevertheless among the chief rulers also many believed on him; but because of the Pharisees they did not confess him, lest they should be put out of the synagogue:

12:43 For they loved the praise of men more than the praise of God.

Biblia Sacra Vulgata

12:44 Jesus cried and said, He that believeth on me, believeth not on me, but on him that sent me.

12:45 And he that seeth me seeth him that sent me.

12:46 I am come a light into the world, that whosoever believeth on me should not abide in darkness.

12:47 And if any man hear my words, and believe not, I judge him not: for I came not to judge the world, but to save the world.

12:48 He that rejecteth me, and receiveth not my words, hath one that judgeth him: the word that I have spoken, the same shall judge him in the last day.

12:49 For I have not spoken of myself; but the Father which sent me, he gave me a commandment, what I should say, and what I should speak.

12:50 And I know that his commandment is life everlasting: whatsoever I speak therefore, even as the Father said unto me, so I speak.

13:1 Now before the feast of the passover, when Jesus knew that his hour was come that he should depart out of this world unto the Father, having loved his own which were in the world, he loved them unto the end.

13:2 And supper being ended, the devil having now put into the heart of Judas Iscariot, Simon's son, to betray him;

13:3 Jesus knowing that the Father had given all things into his hands, and that he was come from God, and went to God;

13:4 He riseth from supper, and laid aside his garments; and took a towel, and girded himself.

13:5 After that he poureth water into a bason, and began to wash the disciples' feet, and to wipe them with the towel wherewith he was girded.

13:6 Then cometh he to Simon Peter: and Peter saith unto him, Lord, dost thou wash my feet?

13:7 Jesus answered and said unto him, What I do thou knowest not now; but thou shalt know hereafter.

13:8 Peter saith unto him, Thou shalt never wash my feet. Jesus answered him, If I wash thee not, thou hast no part with me.

13:9 Simon Peter saith unto him, Lord, not my feet only, but also my hands and my head.

13:10 Jesus saith to him, He that is washed needeth not save to wash his feet, but is clean every whit: and ye are clean, but not all.

13:11 For he knew who should betray him; therefore said he, Ye are not all clean.

13:12 So after he had washed their feet, and had taken his garments, and was set down again, he said unto them, Know ye what I have done to you?

riam hominum magis quam gloriam Dei 12:44 Iesus autem clamavit et dixit qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me 12:45 et qui uidet me uidet eum qui misit me 12:46 ego lux in mundum ueni ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat 12:47 et si quis audierit uerba mea et non custodierit ego non iudico eum non enim ueni ut iudicem mundum sed ut saluificem mundum 12:48 qui spernit me et non accipit uerba mea habet qui iudicet eum sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in nouissimo die 12:49 quia ego ex me ipso non sum locutus sed qui misit me Pater ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar 12:50 et scio quia mandatum eius uita aeterna est quae ergo ego loquor sicut dixit mihi Pater sic loquor

13:1 ante diem autem festum paschae sciens Iesus quia uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad Patrem cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos 13:2 et cena facta cum diabolus iam misisset in corde ut traderet eum Iudas Simonis Scariotis 13:3 sciens quia omnia dedit ei Pater in manus et quia a Deo exiuit et ad Deum uadit 13:4 surgit a cena et ponit uestimenta sua et cum accepisset linteam praecinxit se 13:5 deinde mittit aquam in peluam et coepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat praecinctus 13:6 uenit ergo ad Simonem Petrum et dicit ei Petrus Domine tu mihi lauas pedes 13:7 respondit Iesus et dicit ei quod ego facio tu nescis modo scies autem postea 13:8 dicit ei Petrus non lauabis mihi pedes in aeternum respondit Iesus ei si non lauero te non habes partem mecum 13:9 dicit ei Simon Petrus Domine non tantum pedes meos sed et manus et caput 13:10 dicit ei Iesus qui lotus est non indiget ut lauet sed est mundus totus et uos mundi estis sed non omnes 13:11 sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit non estis mundi omnes 13:12 postquam ergo lauit pedes eorum et accepit uestimenta sua

Euangelium Secundum Ioannem

cum recubisset iterum dixit eis scitis quid fecerim uobis
13:13 uos uocatis me magister et Domine et bene dicitis sum
etenim 13:14 si ergo ego laui uestros pedes Dominus et ma-
gister et uos debetis alter alterius lauare pedes 13:15 exem-
plum enim dedi uobis ut quemadmodum ego feci uobis ita
et uos faciatis 13:16 amen amen dico uobis non est seruus
maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit illum
13:17 si haec scitis beati eritis si feceritis ea 13:18 non de
omnibus uobis dico ego scio quos elegerim sed ut implea-
tur scriptura qui manducat mecum panem leuauit contra me
calcaneum suum 13:19 amodo dico uobis priusquam fiat ut
credatis cum factum fuerit quia ego sum 13:20 amen amen
dico uobis qui accipit si quem misero me accipit qui autem
me accipit accipit eum qui me misit 13:21 cum haec dixis-
set Iesus turbatus est spiritu et protestatus est et dixit amen
amen dico uobis quia unus ex uobis tradet me 13:22 aspi-
ciebant ergo ad inuicem discipuli haesitantes de quo diceret
13:23 erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu
quem diligebat Iesus 13:24 innuit ergo huic Simon Petrus
et dicit ei quis est de quo dicit 13:25 itaque cum recubisset
ille supra pectus Iesu dicit ei Domine quis est 13:26 res-
pondit Iesus ille est cui ego intinctum panem porrexero et
cum intinxisset panem dedit Iudae Simonis Scariotis 13:27
et post buccellam tunc introiuit in illum Satanias dicit ei Ie-
sus quod facis fac citius 13:28 hoc autem nemo sciuit di-
scumbentium ad quid dixerit ei 13:29 quidam enim puta-
bant quia loculos habebat Iudas quia dicit ei Iesus eme ea
quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut aliquid
daret 13:30 cum ergo accepisset ille buccellam exiuit conti-
nuo erat autem nox 13:31 cum ergo exisset dicit Iesus nunc
clarificatus est Filius hominis et Deus clarificatus est in eo
13:32 si Deus clarificatus est in eo et Deus clarificabit eum in
semet ipso et continuo clarificabit eum 13:33 filioli adhuc

13:13 Ye call me Master and Lord: and ye say well; for so I am.

13:14 If I then, your Lord and Master, have washed your feet; ye also ought to wash one another's feet.

13:15 For I have given you an example, that ye should do as I have done to you.

13:16 Verily, verily, I say unto you, The servant is not greater than his lord; neither he that is sent greater than he that sent him.

13:17 If ye know these things, happy are ye if ye do them.

13:18 I speak not of you all: I know whom I have chosen: but that the scripture may be fulfilled, He that eateth bread with me hath lifted up his heel against me.

13:19 Now I tell you before it come, that, when it is come to pass, ye may believe that I am he.

13:20 Verily, verily, I say unto you, He that receiveth whomsoever I send receiveth me; and he that receiveth me receiveth him that sent me.

13:21 When Jesus had thus said, he was troubled in spirit, and testified, and said, Verily, verily, I say unto you, that one of you shall betray me.

13:22 Then the disciples looked one on another, doubting of whom he spake.

13:23 Now there was leaning on Jesus' bosom one of his disciples, whom Jesus loved.

13:24 Simon Peter therefore beckoned to him, that he should ask who it should be of whom he spake.

13:25 He then lying on Jesus' breast saith unto him, Lord, who is it?

13:26 Jesus answered, He it is, to whom I shall give a sop, when I have dipped it. And when he had dipped the sop, he gave it to Judas Iscariot, the son of Simon.

13:27 And after the sop Satan entered into him. Then said Jesus unto him, That thou doest, do quickly.

13:28 Now no man at the table knew for what intent he spake this unto him.

13:29 For some of them thought, because Judas had the bag, that Jesus had said unto him, Buy those things that we have need of against the feast; or, that he should give something to the poor.

13:30 He then having received the sop went immediately out: and it was night.

13:31 Therefore, when he was gone out, Jesus said, Now is the Son of man glorified, and God is glorified in him.

13:32 If God be glorified in him, God shall also glorify him in himself, and shall straightway glorify him.

13:33 Little children, yet a little while I am with you. Ye shall seek me: and as I said unto the Jews, Whither I go, ye cannot come; so now I say to you.

Biblia Sacra Vulgata

13:34 A new commandment I give unto you, That ye love one another; as I have loved you, that ye also love one another.

13:35 By this shall all men know that ye are my disciples, if ye have love one to another.

13:36 Simon Peter said unto him, Lord, whither goest thou? Jesus answered him, Whither I go, thou canst not follow me now; but thou shalt follow me afterwards.

13:37 Peter said unto him, Lord, why cannot I follow thee now? I will lay down my life for thy sake.

13:38 Jesus answered him, Wilt thou lay down thy life for my sake? Verily, verily, I say unto thee, The cock shall not crow, till thou hast denied me thrice.

14:1 Let not your heart be troubled: ye believe in God, believe also in me.

14:2 In my Father's house are many mansions: if it were not so, I would have told you. I go to prepare a place for you.

14:3 And if I go and prepare a place for you, I will come again, and receive you unto myself; that where I am, there ye may be also.

14:4 And whither I go ye know, and the way ye know.

14:5 Thomas saith unto him, Lord, we know not whither thou goest; and how can we know the way?

14:6 Jesus saith unto him, I am the way, the truth, and the life: no man cometh unto the Father, but by me.

14:7 If ye had known me, ye should have known my Father also: and from henceforth ye know him, and have seen him.

14:8 Philip saith unto him, Lord, shew us the Father, and it sufficeth us.

14:9 Jesus saith unto him, Have I been so long time with you, and yet hast thou not known me, Philip? he that hath seen me hath seen the Father; and how sayest thou then, Shew us the Father?

14:10 Believest thou not that I am in the Father, and the Father in me? the words that I speak unto you I speak not of myself: but the Father that dwelleth in me, he doeth the works.

14:11 Believe me that I am in the Father, and the Father in me: or else believe me for the very works' sake.

14:12 Verily, verily, I say unto you, He that believeth on me, the works that I do shall he do also; and greater works than these shall he do; because I go unto my Father.

14:13 And whatsoever ye shall ask in my name, that will I do, that the Father may be glorified in the Son.

14:14 If ye shall ask any thing in my name, I will do it.

modicum uobiscum sum quaeritis me et sicut dixi Iudaeis quo ego uado uos non potestis uenire et uobis dico modo
13:34 mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem sicut dilexi uos ut et uos diligatis inuicem 13:35 in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem 13:36 dicit ei Simon Petrus Domine quo uadis respondit Iesus quo ego uado non potes me modo sequi sequeris autem postea 13:37 dicit ei Petrus quare non possum sequi te modo animam meam pro te ponam 13:38 respondit Iesus animam tuam pro me ponis amen amen dico tibi non cantabit gallus donec me ter neges

14:1 non turbetur cor uestrum creditis in Deum et in me credite 14:2 in domo Patris mei mansiones multae sunt si quo minus dixissem uobis quia uado parare uobis locum 14:3 et si abiero et praeparauero uobis locum iterum uenio et accipiam uos ad me ipsum ut ubi sum ego et uos sitis 14:4 et quo ego uado scitis et uiam scitis 14:5 dicit ei Thomas Domine nescimus quo uadis et quomodo possumus uiam scire 14:6 dicit ei Iesus ego sum uia et ueritas et uita nemo uenit ad Patrem nisi per me 14:7 si cognouissetis me et Patrem meum utique cognouissetis et amodo cognoscitis eum et uidistis eum 14:8 dicit ei Philippus Domine ostende nobis Patrem et sufficit nobis 14:9 dicit ei Iesus tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me Philippe qui uidit me uidit et Patrem quomodo tu dicis ostende nobis Patrem 14:10 non credis quia ego in Patre et Pater in me est uerba quae ego loquor uobis a me ipso non loquor Pater autem in me manens ipse facit opera 14:11 non creditis quia ego in Patre et Pater in me est 14:12 alioquin propter opera ipsa credite amen dico uobis qui credit in me opera quae ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet quia ego ad Patrem uado 14:13 et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam ut glorificetur Pater in Filio 14:14 si quid petieritis me in

Euangelium Secundum Ioannem

nomine meo hoc faciam 14:15 si diligitis me mandata mea seruare 14:16 et ego rogabo Patrem et alium paracletum dabit uobis ut maneat uobiscum in aeternum 14:17 Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere quia non uidet eum nec scit eum uos autem cognoscitis eum quia apud uos manebit et in uobis erit 14:18 non relinquam uos orfanos ueniam ad uos 14:19 adhuc modicum et mundus me iam non uidet uos autem uidetis me quia ego uiuo et uos uiuetis 14:20 in illo die uos cognoscetis quia ego sum in Patre meo et uos in me et ego in uobis 14:21 qui habet mandata mea et seruat ea ille est qui diligit me qui autem diligit me diligitur a Patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum 14:22 dicit ei Iudas non ille Scariotis Domine quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum et non mundo 14:23 respondit Iesus et dixit ei si quis diligit me sermonem meum seruabit et Pater meus diliget eum et ad eum ueniemus et mansiones apud eum faciemus 14:24 qui non diligit me sermones meos non seruat et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me Patris 14:25 haec locutus sum uobis apud uos manens 14:26 paracletus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo ille uos docebit omnia et suggeret uobis omnia quaecumque dixero uobis 14:27 pacem relinquo uobis pacem meam do uobis non quomodo mundus dat ego do uobis non turbetur cor uestrum neque formidet 14:28 audistis quia ego dixi uobis uado et uenio ad uos si diligeretis me gauderetis utique quia uado ad Patrem quia Pater maior me est 14:29 et nunc dixi uobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis 14:30 iam non multa loquar uobiscum uenit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam 14:31 sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem et sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio surgite eamus hinc

14:15 If ye love me, keep my commandments.

14:16 And I will pray the Father, and he shall give you another Comforter, that he may abide with you for ever;

14:17 Even the Spirit of truth; whom the world cannot receive, because it seeth him not, neither knoweth him: but ye know him; for he dwelleth with you, and shall be in you.

14:18 I will not leave you comfortless: I will come to you.

14:19 Yet a little while, and the world seeth me no more; but ye see me: because I live, ye shall live also.

14:20 At that day ye shall know that I am in my Father, and ye in me, and I in you.

14:21 He that hath my commandments, and keepeth them, he it is that loveth me: and he that loveth me shall be loved of my Father, and I will love him, and will manifest myself to him.

14:22 Judas saith unto him, not Iscariot, Lord, how is it that thou wilt manifest thyself unto us, and not unto the world?

14:23 Jesus answered and said unto him, If a man love me, he will keep my words: and my Father will love him, and we will come unto him, and make our abode with him.

14:24 He that loveth me not keepeth not my sayings: and the word which ye hear is not mine, but the Father's which sent me.

14:25 These things have I spoken unto you, being yet present with you.

14:26 But the Comforter, which is the Holy Ghost, whom the Father will send in my name, he shall teach you all things, and bring all things to your remembrance, whatsoever I have said unto you.

14:27 Peace I leave with you, my peace I give unto you: not as the world giveth, give I unto you. Let not your heart be troubled, neither let it be afraid.

14:28 Ye have heard how I said unto you, I go away, and come again unto you. If ye loved me, ye would rejoice, because I said, I go unto the Father: for my Father is greater than I.

14:29 And now I have told you before it come to pass, that when it is come to pass, ye might believe.

14:30 Hereafter I will not talk much with you: for the prince of this world cometh, and hath nothing in me.

14:31 But that the world may know that I love the Father; and as the Father gave me commandment, even so I do. Arise, let us go hence.

15:1 ego sum uitis uera et Pater meus agricola est 15:2

15:1 I am the true vine, and my Father is the husbandman.

15:2 Every branch in me that beareth not fruit he taketh away: and every branch that beareth fruit, he purgeth it, that it may bring forth more fruit.

Biblia Sacra Vulgata

15:3 Now ye are clean through the word which I have spoken unto you.

15:4 Abide in me, and I in you. As the branch cannot bear fruit of itself, except it abide in the vine; no more can ye, except ye abide in me.

15:5 I am the vine, ye are the branches: He that abideth in me, and I in him, the same bringeth forth much fruit: for without me ye can do nothing.

15:6 If a man abide not in me, he is cast forth as a branch, and is withered; and men gather them, and cast them into the fire, and they are burned.

15:7 If ye abide in me, and my words abide in you, ye shall ask what ye will, and it shall be done unto you.

15:8 Herein is my Father glorified, that ye bear much fruit; so shall ye be my disciples.

15:9 As the Father hath loved me, so have I loved you: continue ye in my love.

15:10 If ye keep my commandments, ye shall abide in my love; even as I have kept my Father's commandments, and abide in his love.

15:11 These things have I spoken unto you, that my joy might remain in you, and that your joy might be full.

15:12 This is my commandment, That ye love one another, as I have loved you.

15:13 Greater love hath no man than this, that a man lay down his life for his friends.

15:14 Ye are my friends, if ye do whatsoever I command you.

15:15 Henceforth I call you not servants; for the servant knoweth not what his lord doeth: but I have called you friends; for all things that I have heard of my Father I have made known unto you.

15:16 Ye have not chosen me, but I have chosen you, and ordained you, that ye should go and bring forth fruit, and that your fruit should remain: that whatsoever ye shall ask of the Father in my name, he may give it you.

15:17 These things I command you, that ye love one another.

15:18 If the world hate you, ye know that it hated me before it hated you.

15:19 If ye were of the world, the world would love his own: but because ye are not of the world, but I have chosen you out of the world, therefore the world hateth you.

15:20 Remember the word that I said unto you, The servant is not greater than his lord. If they have persecuted me, they will also persecute you: if they have kept my saying, they will keep yours also.

omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus adferat 15:3 iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis 15:4 manete in me et ego in uobis sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi manserit in uite sic nec uos nisi in me manseritis 15:5 ego sum uitis uos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere 15:6 si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et aruit et colligent eos et in ignem mittunt et ardent 15:7 si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis 15:8 in hoc clarificatus est Pater meus ut fructum plurimum adferatis et efficiamini mei discipuli 15:9 sicut dilexit me Pater et ego dilexi uos manete in dilectione mea 15:10 si praecepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea sicut et ego Patris mei praecepta seruauit et maneo in eius dilectione 15:11 haec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit et gaudium uestrum impleatur 15:12 hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos 15:13 maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam quis ponat pro amicis suis 15:14 uos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio uobis 15:15 iam non dico uos seruos quia seruus nescit quid facit dominus eius uos autem dixi amicos quia omnia quaecumque audiui a Patre meo nota feci uobis 15:16 non uos me elegistis sed ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructum adferatis et fructus uester maneat ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det uobis 15:17 haec mando uobis ut diligatis inuicem 15:18 si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis odio habuit 15:19 si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret quia uero de mundo non estis sed ego elegi uos de mundo propterea odit uos mundus 15:20 mentote sermonis mei quem ego dixi uobis non est seruus

Euangelium Secundum Ioannem

maior domino suo si me persecuti sunt et uos persequentur si sermonem meum seruauerunt et uestrum seruabunt 15:21 sed haec omnia facient uobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me 15:22 si non uenissem et locutus fuisset eis peccatum non haberent nunc autem excusationem non habent de peccato suo 15:23 qui me odit et Patrem meum odit 15:24 si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit peccatum non haberent nunc autem et uiderunt et oderunt et me et Patrem meum 15:25 sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio me habuerunt gratis 15:26 cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis a Patre Spiritum ueritatis qui a Patre procedit ille testimonium perhibebit de me 15:27 et uos testimonium perhibetis quia ab initio mecum estis

16:1 haec locutus sum uobis ut non scandalizemini 16:2 absque synagogis facient uos sed uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se praestare Deo 16:3 et haec facient quia non nouerunt Patrem neque me 16:4 sed haec locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi uobis 16:5 haec autem uobis ab initio non dixi quia uobiscum eram at nunc uado ad eum qui me misit et nemo ex uobis interrogat me quo uadis 16:6 sed quia haec locutus sum uobis tristitia impleuit cor uestrum 16:7 sed ego ueritatem dico uobis expedit uobis ut ego uadam si enim non abiero paracletus non ueniet ad uos si autem abiero mittam eum ad uos 16:8 et cum uenerit ille arguet mundum de peccato et de iustitia et de iudicio 16:9 de peccato quidem quia non credunt in me 16:10 de iustitia uero quia ad Patrem uado et iam non uidebitis me 16:11 de iudicio autem quia princeps mundi huius iudicatus est 16:12 adhuc multa habeo uobis dicere sed non potestis portare modo 16:13 cum autem uenerit ille Spiritus ueritatis docebit uos in omnem ueritatem non enim loquetur a semet ipso sed

15:21 But all these things will they do unto you for my name's sake, because they know not him that sent me.

15:22 If I had not come and spoken unto them, they had not had sin: but now they have no cloak for their sin.

15:23 He that hateth me hateth my Father also.

15:24 If I had not done among them the works which none other man did, they had not had sin: but now have they both seen and hated both me and my Father.

15:25 But this cometh to pass, that the word might be fulfilled that is written in their law, They hated me without a cause.

15:26 But when the Comforter is come, whom I will send unto you from the Father, even the Spirit of truth, which proceedeth from the Father, he shall testify of me:

15:27 And ye also shall bear witness, because ye have been with me from the beginning.

16:1 These things have I spoken unto you, that ye should not be offended.

16:2 They shall put you out of the synagogues: yea, the time cometh, that whosoever killeth you will think that he doeth God service.

16:3 And these things will they do unto you, because they have not known the Father, nor me.

16:4 But these things have I told you, that when the time shall come, ye may remember that I told you of them. And these things I said not unto you at the beginning, because I was with you.

16:5 But now I go my way to him that sent me; and none of you asketh me, Whither goest thou?

16:6 But because I have said these things unto you, sorrow hath filled your heart.

16:7 Nevertheless I tell you the truth: It is expedient for you that I go away: for if I go not away, the Comforter will not come unto you; but if I depart, I will send him unto you.

16:8 And when he is come, he will reprove the world of sin, and of righteousness, and of judgment:

16:9 Of sin, because they believe not on me;

16:10 Of righteousness, because I go to my Father, and ye see me no more;

16:11 Of judgment, because the prince of this world is judged.

16:12 I have yet many things to say unto you, but ye cannot bear them now.

16:13 Howbeit when he, the Spirit of truth, is come, he will guide you into all truth: for he shall not speak of himself; but whatsoever he shall hear, that shall he speak: and he will shew you things to come.

Biblia Sacra Vulgata

16:14 He shall glorify me: for he shall receive of mine, and shall shew it unto you.

16:15 All things that the Father hath are mine: therefore said I, that he shall take of mine, and shall shew it unto you.

16:16 A little while, and ye shall not see me: and again, a little while, and ye shall see me, because I go to the Father.

16:17 Then said some of his disciples among themselves, What is this that he saith unto us, A little while, and ye shall not see me: and again, a little while, and ye shall see me: and, Because I go to the Father?

16:18 They said therefore, What is this that he saith, A little while? we cannot tell what he saith.

16:19 Now Jesus knew that they were desirous to ask him, and said unto them, Do ye enquire among yourselves of that I said, A little while, and ye shall not see me: and again, a little while, and ye shall see me?

16:20 Verily, verily, I say unto you, That ye shall weep and lament, but the world shall rejoice: and ye shall be sorrowful, but your sorrow shall be turned into joy.

16:21 A woman when she is in travail hath sorrow, because her hour is come: but as soon as she is delivered of the child, she remembereth no more the anguish, for joy that a man is born into the world.

16:22 And ye now therefore have sorrow: but I will see you again, and your heart shall rejoice, and your joy no man taketh from you.

16:23 And in that day ye shall ask me nothing. Verily, verily, I say unto you, Whatsoever ye shall ask the Father in my name, he will give it you.

16:24 Hitherto have ye asked nothing in my name: ask, and ye shall receive, that your joy may be full.

16:25 These things have I spoken unto you in proverbs: but the time cometh, when I shall no more speak unto you in proverbs, but I shall shew you plainly of the Father.

16:26 At that day ye shall ask in my name: and I say not unto you, that I will pray the Father for you:

16:27 For the Father himself loveth you, because ye have loved me, and have believed that I came out from God.

16:28 I came forth from the Father, and am come into the world: again, I leave the world, and go to the Father.

16:29 His disciples said unto him, Lo, now speakest thou plainly, and speakest no proverb.

16:30 Now are we sure that thou knowest all things, and needest not that any man should ask thee: by this we believe that thou camest forth from God.

quaecumque audiet loquetur et quae uentura sunt adnuntiabit uobis 16:14 ille me clarificabit quia de meo accipiet et adnuntiabit uobis 16:15 omnia quaecumque habet Pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipit et adnuntiabit uobis 16:16 modicum et iam non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis me quia uado ad Patrem 16:17 dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem quid est hoc quod dicit nobis modicum et non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis me et quia uado ad Patrem 16:18 dicebant ergo quid est hoc quod dicit modicum nescimus quid loquitur 16:19 cognouit autem Iesus quia uolebant eum interrogare et dixit eis de hoc quaeritis inter uos quia dixi modicum et non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis me 16:20 amen amen dico uobis quia plorabitis et flebitis uos mundus autem gaudebit uos autem contristabimini sed tristitia uestra uertetur in gaudium 16:21 mulier cum parit tristitiam habet quia uenit hora eius cum autem pepererit puerum iam non meminit pressurae propter gaudium quia natus est homo in mundum 16:22 et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis iterum autem uidebo uos et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo tollit a uobis 16:23 et in illo die me non rogabitis quicquam amen amen dico uobis si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit uobis 16:24 usque modo non petistis quicquam in nomine meo petite et accipietis ut gaudium uestrum sit plenum 16:25 haec in prouerbiis locutus sum uobis uenit hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis sed palam de Patre adnuntiabo uobis 16:26 illo die in nomine meo petitis et non dico uobis quia ego rogabo Patrem de uobis 16:27 ipse enim Pater amat uos quia uos me amastis et credidistis quia ego a Deo exiui 16:28 exiui a Patre et ueni in mundum iterum relinquo mundum et uado ad Patrem 16:29 dicunt ei discipuli eius ecce nunc palam loqueris et prouerbum nullum dicis 16:30 nunc scimus quia scis omnia et non opus

Euangelium Secundum Ioannem

est tibi ut quis te interroget in hoc credimus quia a Deo existi 16:31 respondit eis Iesus modo creditis 16:32 ecce uenit hora et iam uenit ut dispergamini unusquisque in propria et me solum relinquatis et non sum solus quia Pater mecum est 16:33 haec locutus sum uobis ut in me pacem habeatis in mundo pressuram habetis sed confidite ego uici mundum

16:31 Jesus answered them, Do ye now believe?

16:32 Behold, the hour cometh, yea, is now come, that ye shall be scattered, every man to his own, and shall leave me alone: and yet I am not alone, because the Father is with me.

16:33 These things I have spoken unto you, that in me ye might have peace. In the world ye shall have tribulation: but be of good cheer: I have overcome the world.

17:1 haec locutus est Iesus et subleuatis oculis in caelum dixit Pater uenit hora clarifica Filium tuum ut Filius tuus clarificet te 17:2 sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis uitam aeternam 17:3 haec est autem uita aeterna ut cognoscant te solum uerum Deum et quem misisti Iesum Christum 17:4 ego te clarificaui super terram opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam 17:5 et nunc clarifica me tu Pater apud temet ipsum claritatem quam habui priusquam mundus esset apud te 17:6 manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo tui erant et mihi eos dedisti et sermonem tuum seruauerunt 17:7 nunc cognouerunt quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt 17:8 quia uerba quae dedisti mihi dedi eis et ipsi acceperunt et cognouerunt uere quia a te exiui et crediderunt quia tu me misisti 17:9 ego pro eis rogo non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt 17:10 et mea omnia tua sunt et tua mea sunt et clarificatus sum in eis 17:11 et iam non sum in mundo et hii in mundo sunt et ego ad te uenio Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos 17:12 cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi custodiui et nemo ex his periuit nisi filius perditionis ut scriptura impleatur 17:13 nunc autem ad te uenio et haec loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis 17:14 ego dedi eis sermonem tuum et mundus odio eos habuit quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo 17:15 non rogo ut tollas eos de mundo sed ut serues eos ex

17:1 These words spake Jesus, and lifted up his eyes to heaven, and said, Father, the hour is come; glorify thy Son, that thy Son also may glorify thee:

17:2 As thou hast given him power over all flesh, that he should give eternal life to as many as thou hast given him.

17:3 And this is life eternal, that they might know thee the only true God, and Jesus Christ, whom thou hast sent.

17:4 I have glorified thee on the earth: I have finished the work which thou gavest me to do.

17:5 And now, O Father, glorify thou me with thine own self with the glory which I had with thee before the world was.

17:6 I have manifested thy name unto the men which thou gavest me out of the world: thine they were, and thou gavest them me; and they have kept thy word.

17:7 Now they have known that all things whatsoever thou hast given me are of thee.

17:8 For I have given unto them the words which thou gavest me: and they have received them, and have known surely that I came out from thee, and they have believed that thou didst send me.

17:9 I pray for them: I pray not for the world, but for them which thou hast given me; for they are thine.

17:10 And all mine are thine, and thine are mine; and I am glorified in them.

17:11 And now I am no more in the world, but these are in the world, and I come to thee. Holy Father, keep through thine own name those whom thou hast given me, that they may be one, as we are.

17:12 While I was with them in the world, I kept them in thy name: those that thou gavest me I have kept, and none of them is lost, but the son of perdition; that the scripture might be fulfilled.

17:13 And now come I to thee; and these things I speak in the world, that they might have my joy fulfilled in themselves.

17:14 I have given them thy word: and the world hath hated them, because they are not of the world, even as I am not of the world.

17:15 I pray not that thou shouldest take them out of the world, but that thou shouldest keep them from the evil.

Biblia Sacra Vulgata

17:16 They are not of the world, even as I am not of the world.

17:17 Sanctify them through thy truth: thy word is truth.

17:18 As thou hast sent me into the world, even so have I also sent them into the world.

17:19 And for their sakes I sanctify myself, that they also might be sanctified through the truth.

17:20 Neither pray I for these alone, but for them also which shall believe on me through their word:

17:21 That they all may be one; as thou, Father, art in me, and I in thee, that they also may be one in us: that the world may believe that thou hast sent me.

17:22 And the glory which thou gavest me I have given them; that they may be one, even as we are one:

17:23 I in them, and thou in me, that they may be made perfect in one; and that the world may know that thou hast sent me, and hast loved them, as thou hast loved me.

17:24 Father, I will that they also, whom thou hast given me, be with me where I am; that they may behold my glory, which thou hast given me: for thou lovedst me before the foundation of the world.

17:25 O righteous Father, the world hath not known thee: but I have known thee, and these have known that thou hast sent me.

17:26 And I have declared unto them thy name, and will declare it: that the love wherewith thou hast loved me may be in them, and I in them.

18:1 When Jesus had spoken these words, he went forth with his disciples over the brook Cedron, where was a garden, into the which he entered, and his disciples.

18:2 And Judas also, which betrayed him, knew the place: for Jesus oftentimes resorted thither with his disciples.

18:3 Judas then, having received a band of men and officers from the chief priests and Pharisees, cometh thither with lanterns and torches and weapons.

18:4 Jesus therefore, knowing all things that should come upon him, went forth, and said unto them, Whom seek ye?

18:5 They answered him, Jesus of Nazareth. Jesus saith unto them, I am he. And Judas also, which betrayed him, stood with them.

18:6 As soon then as he had said unto them, I am he, they went backward, and fell to the ground.

18:7 Then asked he them again, Whom seek ye? And they said, Jesus of Nazareth.

18:8 Jesus answered, I have told you that I am he: if therefore ye seek me, let these go their way:

18:9 That the saying might be fulfilled, which he spake, Of them which thou gavest me have I lost none.

malo 17:16 de mundo non sunt sicut et ego non sum de mundo 17:17 sanctifica eos in ueritate sermo tuus ueritas est 17:18 sicut me misisti in mundum et ego misi eos in mundum 17:19 et pro eis ego sanctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctificati in ueritate 17:20 non pro his autem rogo tantum sed et pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me 17:21 ut omnes unum sint sicut tu Pater in me et ego in te ut et ipsi in nobis unum sint ut mundus credat quia tu me misisti 17:22 et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut nos unum sumus 17:23 ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum et cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut me dilexisti 17:24 Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionem mundi 17:25 Pater iuste et mundus te non cognouit ego autem te cognoui et hii cognouerunt quia tu me misisti 17:26 et notum feci eis nomen tuum et notum faciam ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis

18:1 haec cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron ubi erat hortus in quem introiuit ipse et discipuli eius 18:2 sciebat autem et Iudas qui tradebat eum ipsum locum quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis 18:3 Iudas ergo cum accepisset cohortem et a pontificibus et Pharisaeis ministros uenit illuc cum lanternis et facibus et armis 18:4 Iesus itaque sciens omnia quae uentura erant super eum processit et dicit eis quem quaeritis 18:5 responderunt ei Iesum Nazarenum dicit eis Iesus ego sum stabat autem et Iudas qui tradebat eum cum ipsis 18:6 ut ergo dixit eis ego sum abierunt retrorsum et ceciderunt in terram 18:7 iterum ergo eos interrogauit quem quaeritis illi autem dixerunt Iesum Nazarenum 18:8 respondit Iesus dixi uobis quia ego sum si ergo me quaeritis sinite hos abire 18:9 ut impleretur sermo quem dixit quia

Euangelium Secundum Ioannem

quos dedisti mihi non perdi ex ipsis quemquam 18:10
Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis seruum et abscidit eius auriculam dextram erat autem nomen seruo Malchus 18:11 dixit ergo Iesus Petro mitte gladium in uaginam calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum 18:12 cohors ergo et tribunus et ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum et ligauerunt eum 18:13 et adduxerunt eum ad Annam primum erat enim socer Caiaphae qui erat pontifex anni illius 18:14 erat autem Caiaphas qui consilium dederat Iudaeis quia expedit unum hominem mori pro populo 18:15 sequebatur autem Iesum Simon Petrus et alius discipulus discipulus autem ille erat notus pontifici et introiuit cum Iesu in atrium pontificis 18:16 Petrus autem stabat ad ostium foris exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici et dixit ostiariae et introduxit Petrum 18:17 dicit ergo Petro ancilla ostiaria numquid et tu ex discipulis es hominis istius dicit ille non sum 18:18 stabant autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat et calefiebant erat autem cum eis et Petrus stans et calefaciens se 18:19 pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis et de doctrina eius 18:20 respondit ei Iesus ego palam locutus sum mundo ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes Iudaei conueniunt et in occulto locutus sum nihil 18:21 quid me interrogas interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis ecce hii sciunt quae dixerim ego 18:22 haec autem cum dixisset unus adsistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens sic respondes pontifici 18:23 respondit ei Iesus si male locutus sum testimonium perhibe de malo si autem bene quid me caedis 18:24 et misit eum Annas ligatum ad Caiaphan pontificem 18:25 erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se dixerunt ergo ei numquid et tu ex discipulis eius es negauit ille et dixit non sum 18:26 dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auricu-

18:10 Then Simon Peter having a sword drew it, and smote the high priest's servant, and cut off his right ear. The servant's name was Malchus.

18:11 Then said Jesus unto Peter, Put up thy sword into the sheath: the cup which my Father hath given me, shall I not drink it?

18:12 Then the band and the captain and officers of the Jews took Jesus, and bound him,

18:13 And led him away to Annas first; for he was father in law to Caiaphas, which was the high priest that same year.

18:14 Now Caiaphas was he, which gave counsel to the Jews, that it was expedient that one man should die for the people.

18:15 And Simon Peter followed Jesus, and so did another disciple: that disciple was known unto the high priest, and went in with Jesus into the palace of the high priest.

18:16 But Peter stood at the door without. Then went out that other disciple, which was known unto the high priest, and spake unto her that kept the door, and brought in Peter.

18:17 Then saith the damsel that kept the door unto Peter, Art not thou also one of this man's disciples? He saith, I am not.

18:18 And the servants and officers stood there, who had made a fire of coals; for it was cold: and they warmed themselves: and Peter stood with them, and warmed himself.

18:19 The high priest then asked Jesus of his disciples, and of his doctrine.

18:20 Jesus answered him, I spake openly to the world; I ever taught in the synagoga, and in the temple, whither the Jews always resort, and in secret have I said nothing.

18:21 Why askest thou me? ask them which heard me, what I have said unto them: behold, they know what I said.

18:22 And when he had thus spoken, one of the officers which stood by struck Jesus with the palm of his hand, saying, Answerest thou the high priest so?

18:23 Jesus answered him, If I have spoken evil, bear witness of the evil: but if well, why smitest thou me?

18:24 Now Annas had sent him bound unto Caiaphas the high priest.

18:25 And Simon Peter stood and warmed himself. They said therefore unto him, Art not thou also one of his disciples? He denied it, and said, I am not.

18:26 One of the servants of the high priest, being his kinsman whose ear Peter cut off, saith, Did not I see thee in the garden with him?

Biblia Sacra Vulgata

18:27 Peter then denied again: and immediately the cock crew.

18:28 Then led they Jesus from Caiaphas unto the hall of judgment: and it was early; and they themselves went not into the judgment hall, lest they should be defiled; but that they might eat the passover.

18:29 Pilate then went out unto them, and said, What accusation bring ye against this man?

18:30 They answered and said unto him, If he were not a malefactor, we would not have delivered him up unto thee.

18:31 Then said Pilate unto them, Take ye him, and judge him according to your law. The Jews therefore said unto him, It is not lawful for us to put any man to death:

18:32 That the saying of Jesus might be fulfilled, which he spake, signifying what death he should die.

18:33 Then Pilate entered into the judgment hall again, and called Jesus, and said unto him, Art thou the King of the Jews?

18:34 Jesus answered him, Sayest thou this thing of thyself, or did others tell it thee of me?

18:35 Pilate answered, Am I a Jew? Thine own nation and the chief priests have delivered thee unto me: what hast thou done?

18:36 Jesus answered, My kingdom is not of this world: if my kingdom were of this world, then would my servants fight, that I should not be delivered to the Jews: but now is my kingdom not from hence.

18:37 Pilate therefore said unto him, Art thou a king then? Jesus answered, Thou sayest that I am a king. To this end was I born, and for this cause came I into the world, that I should bear witness unto the truth. Every one that is of the truth heareth my voice.

18:38 Pilate saith unto him, What is truth? And when he had said this, he went out again unto the Jews, and saith unto them, I find in him no fault at all.

18:39 But ye have a custom, that I should release unto you one at the passover: will ye therefore that I release unto you the King of the Jews?

18:40 Then cried they all again, saying, Not this man, but Barabbas. Now Barabbas was a robber.

19:1 Then Pilate therefore took Jesus, and scourged him.

19:2 And the soldiers platted a crown of thorns, and put it on his head, and they put on him a purple robe,

19:3 And said, Hail, King of the Jews! and they smote him with their hands.

lam nonne ego te uidi in horto cum illo 18:27 iterum ergo negauit Petrus et statim gallus cantauit 18:28 adducunt ergo Iesum a Caiapha in praetorium erat autem mane et ipsi non introierunt in praetorium ut non contaminarentur sed manducarent pascha 18:29 exiuit ergo Pilatus ad eos foras et dixit quam accusationem adfertis aduersus hominem hunc 18:30 responderunt et dixerunt ei si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum 18:31 dixit ergo eis Pilatus accipite eum uos et secundum legem uestram iudicate eum dixerunt ergo ei Iudaei nobis non licet interficere quemquam 18:32 ut sermo Iesu impleretur quem dixit significans qua esset morte moriturus 18:33 introiuit ergo iterum in praetorium Pilatus et uocauit Iesum et dixit ei tu es rex Iudaeorum 18:34 et respondit Iesus a temet ipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me 18:35 respondit Pilatus numquid ego Iudaeus sum gens tua et pontifices tradiderunt te mihi quid fecisti 18:36 respondit Iesus regnum meum non est de mundo hoc si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei decertarent ut non traderer Iudaeis nunc autem meum regnum non est hinc 18:37 dixit itaque ei Pilatus ergo rex es tu respondit Iesus tu dicis quia rex sum ego ego in hoc natus sum et ad hoc ueni in mundum ut testimonium perhibeam ueritati omnis qui est ex ueritate audit meam uocem 18:38 dicit ei Pilatus quid est ueritas et cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudaeos et dicit eis ego nullam inuenio in eo causam 18:39 est autem consuetudo uobis ut unum dimittam uobis in pascha uultis ergo dimittam uobis regem Iudaeorum 18:40 clamarunt rursus omnes dicentes non hunc sed Barabban erat autem Barabbas latro

19:1 tunc ergo adprehendit Pilatus Iesum et flagellauit 19:2 et milites plectentes coronam de spinis inposuerunt capiti eius et ueste purpurea circumdederunt eum 19:3 et ueniebant ad eum et dicebant haue rex Iudaeorum et dabant ei

Euangelium Secundum Ioannem

alapas 19:4 exiit iterum Pilatus foras et dicit eis ecce ad-
duco uobis eum foras 19:5 ut cognoscatis quia in eo nul-
lam causam inuenio et purpureum uestimentum et dicit eis
ecce homo 19:6 cum ergo uidissent eum pontifices et mi-
nistri clamabant dicentes crucifige crucifige dicit eis Pila-
tus accipite eum uos et crucifigite ego enim non inuenio
in eo causam 19:7 responderunt ei Iudaei nos legem habe-
mus et secundum legem debet mori quia Filium Dei se fecit
19:8 cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit
19:9 et ingressus est praetorium iterum et dicit ad Iesum unde
es tu Iesus autem responsum non dedit ei 19:10 dicit ergo ei
Pilatus mihi non loqueris nescis quia potestatem habeo cru-
cifigere te et potestatem habeo dimittere te 19:11 respondit
Iesus non haberes potestatem aduersum me ullam nisi tibi
esset datum desuper propterea qui tradidit me tibi maius pec-
catum habet 19:12 exinde quaerebat Pilatus dimittere eum
Iudaei autem clamabant dicentes si hunc dimittis non es ami-
cus Caesaris omnis qui se regem facit contradicit Caesari
19:13 Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit foras
Iesum et sedit pro tribunali in locum qui dicitur Lithostrotus
hebraice autem Gabbatha 19:14 erat autem parasceue pas-
chae hora quasi sexta et dicit Iudaeis ecce rex uester 19:15
illi autem clamabant tolle tolle crucifige eum dixit eis Pila-
tus regem uestrum crucifigam responderunt pontifices non
habemus regem nisi Caesarem 19:16 tunc ergo tradidit eis
illum ut crucifigeretur susceperunt autem Iesum et eduxe-
runt 19:17 et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur
Caluariae locum hebraice Golgotha 19:18 ubi eum cruci-
fixerunt et cum eo alios duos hinc et hinc medium autem
Iesum 19:19 scripsit autem et titulum Pilatus et posuit su-
per crucem erat autem scriptum Iesus Nazarenus rex Iudaeo-
rum 19:20 hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum quia
prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus et erat

19:4 Pilate therefore went forth again, and saith unto them, Behold, I bring him forth to you, that ye may know that I find no fault in him.

19:5 Then came Jesus forth, wearing the crown of thorns, and the purple robe. And Pilate saith unto them, Behold the man!

19:6 When the chief priests therefore and officers saw him, they cried out, saying, Crucify him, crucify him. Pilate saith unto them, Take ye him, and crucify him: for I find no fault in him.

19:7 The Jews answered him, We have a law, and by our law he ought to die, because he made himself the Son of God.

19:8 When Pilate therefore heard that saying, he was the more afraid;

19:9 And went again into the judgment hall, and saith unto Jesus, Whence art thou? But Jesus gave him no answer.

19:10 Then saith Pilate unto him, Speakest thou not unto me? knowest thou not that I have power to crucify thee, and have power to release thee?

19:11 Jesus answered, Thou couldest have no power at all against me, except it were given thee from above: therefore he that delivered me unto thee hath the greater sin.

19:12 And from thenceforth Pilate sought to release him: but the Jews cried out, saying, If thou let this man go, thou art not Caesar's friend: whosoever maketh himself a King speaketh against Caesar.

19:13 When Pilate therefore heard that saying, he brought Jesus forth, and sat down in the judgment seat in a place that is called the Pavement, but in the Hebrew, Gabbatha.

19:14 And it was the preparation of the passover, and about the sixth hour: and he saith unto the Jews, Behold your King!

19:15 But they cried out, Away with him, away with him, crucify him. Pilate saith unto them, Shall I crucify your King? The chief priests answered, We have no king but Caesar.

19:16 Then delivered he him therefore unto them to be crucified. And they took Jesus, and led him away.

19:17 And he bearing his cross went forth into a place called the place of a skull, which is called in the Hebrew Golgotha:

19:18 Where they crucified him, and two other with him, on either side one, and Jesus in the midst.

19:19 And Pilate wrote a title, and put it on the cross. And the writing was JESUS OF NAZARETH THE KING OF THE JEWS.

19:20 This title then read many of the Jews: for the place where Jesus was crucified was nigh to the city: and it was written in Hebrew, and Greek, and Latin.

Biblia Sacra Vulgata

19:21 Then said the chief priests of the Jews to Pilate, Write not, The King of the Jews; but that he said, I am King of the Jews.

19:22 Pilate answered, What I have written I have written.

19:23 Then the soldiers, when they had crucified Jesus, took his garments, and made four parts, to every soldier a part; and also his coat: now the coat was without seam, woven from the top throughout.

19:24 They said therefore among themselves, Let us not rend it, but cast lots for it, whose it shall be: that the scripture might be fulfilled, which saith, They parted my raiment among them, and for my vesture they did cast lots. These things therefore the soldiers did.

19:25 Now there stood by the cross of Jesus his mother, and his mother's sister, Mary the wife of Cleophas, and Mary Magdalene.

19:26 When Jesus therefore saw his mother, and the disciple standing by, whom he loved, he saith unto his mother, Woman, behold thy son!

19:27 Then saith he to the disciple, Behold thy mother! And from that hour that disciple took her unto his own home.

19:28 After this, Jesus knowing that all things were now accomplished, that the scripture might be fulfilled, saith, I thirst.

19:29 Now there was set a vessel full of vinegar: and they filled a sponge with vinegar, and put it upon hyssop, and put it to his mouth.

19:30 When Jesus therefore had received the vinegar, he said, It is finished: and he bowed his head, and gave up the ghost.

19:31 The Jews therefore, because it was the preparation, that the bodies should not remain upon the cross on the sabbath day, (for that sabbath day was an high day,) besought Pilate that their legs might be broken, and that they might be taken away.

19:32 Then came the soldiers, and brake the legs of the first, and of the other which was crucified with him.

19:33 But when they came to Jesus, and saw that he was dead already, they brake not his legs:

19:34 But one of the soldiers with a spear pierced his side, and forthwith came there out blood and water.

19:35 And he that saw it bare record, and his record is true: and he knoweth that he saith true, that ye might believe.

19:36 For these things were done, that the scripture should be fulfilled, A bone of him shall not be broken.

19:37 And again another scripture saith, They shall look on him whom they pierced.

scriptum hebraice graece et latine 19:21 dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum noli scribere rex Iudaeorum sed quia ipse dixit rex sum Iudaeorum 19:22 respondit Pilatus quod scripsi scripsi 19:23 milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt uestimenta eius et fecerunt quattuor partes unicuique militi partem et tunicam erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum 19:24 dixerunt ergo ad inuicem non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit ut scriptura impleatur dicens partiti sunt uestimenta mea sibi et in uestem meam miserunt sortem et milites quidem haec fecerunt 19:25 stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius Maria Cleopae et Maria Magdalene 19:26 cum uidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat dicit matri suae mulier ecce filius tuus 19:27 deinde dicit discipulo ecce mater tua et ex illa hora accepit eam discipulus in sua 19:28 postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dicit sitio 19:29 uas ergo positum erat aceto plenum illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius 19:30 cum ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est et inclinato capite tradidit spiritum 19:31 Iudaei ergo quoniam parasceue erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur 19:32 uenerunt ergo milites et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo 19:33 ad Iesum autem cum uenissent ut uiderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura 19:34 sed unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua 19:35 et qui uidit testimonium perhibuit et uerum est eius testimonium et ille scit quia uera dicit ut et uos credatis 19:36 facta sunt enim haec ut scriptura impleatur os non comminuetis ex eo 19:37 et iterum alia scriptura dicit uidebunt in quem transfixerunt

Euangelium Secundum Ioannem

19:38 post haec autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia eo quod esset discipulus Iesu occultus autem propter metum Iudaeorum ut tolleret corpus Iesu et permisit Pilatus uenit ergo et tulit corpus Iesu 19:39 uenit autem et Nicodemus qui uenerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam murræ et aloes quasi libras centum 19:40 acceperunt ergo corpus Iesu et ligauerunt eum linteis cum aromatibus sicut mos Iudaeis est sepelire 19:41 erat autem in loco ubi crucifixus est hortus et in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat 19:42 ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum

19:38 And after this Joseph of Arimathæa, being a disciple of Jesus, but secretly for fear of the Jews, besought Pilate that he might take away the body of Jesus: and Pilate gave him leave. He came therefore, and took the body of Jesus.

19:39 And there came also Nicodemus, which at the first came to Jesus by night, and brought a mixture of myrrh and aloes, about an hundred pound weight.

19:40 Then took they the body of Jesus, and wound it in linen clothes with the spices, as the manner of the Jews is to bury.

19:41 Now in the place where he was crucified there was a garden; and in the garden a new sepulchre, wherein was never man yet laid.

19:42 There laid they Jesus therefore because of the Jews' preparation day; for the sepulchre was nigh at hand.

20:1 una autem sabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebrae essent ad monumentum et uidet lapidem sublatum a monumento 20:2 cucurrit ergo et uenit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus et dicit eis tulerunt Dominum de monumento et nescimus ubi posuerunt eum 20:3 exiit ergo Petrus et ille alius discipulus et uenerunt ad monumentum 20:4 currebant autem duo simul et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro et uenit primus ad monumentum 20:5 et cum se inclinasset uidet posita linteamina non tamen introiuit 20:6 uenit ergo Simon Petrus sequens eum et introiuit in monumentum et uidet linteamina posita 20:7 et sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum sed separatim inuolutum in unum locum 20:8 tunc ergo introiuit et ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum et uidit et credidit 20:9 nondum enim sciebant scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere 20:10 abierunt ergo iterum ad semet ipsos discipuli 20:11 Maria autem stabat ad monumentum foris plorans dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentum 20:12 et uidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus Iesu 20:13 dicunt ei illi mulier quid ploras dicit eis quia tulerunt

20:1 The first day of the week cometh Mary Magdalene early, when it was yet dark, unto the sepulchre, and seeth the stone taken away from the sepulchre.

20:2 Then she runneth, and cometh to Simon Peter, and to the other disciple, whom Jesus loved, and saith unto them, They have taken away the LORD out of the sepulchre, and we know not where they have laid him.

20:3 Peter therefore went forth, and that other disciple, and came to the sepulchre.

20:4 So they ran both together: and the other disciple did outrun Peter, and came first to the sepulchre.

20:5 And he stooping down, and looking in, saw the linen clothes lying; yet went he not in.

20:6 Then cometh Simon Peter following him, and went into the sepulchre, and seeth the linen clothes lie,

20:7 And the napkin, that was about his head, not lying with the linen clothes, but wrapped together in a place by itself.

20:8 Then went in also that other disciple, which came first to the sepulchre, and he saw, and believed.

20:9 For as yet they knew not the scripture, that he must rise again from the dead.

20:10 Then the disciples went away again unto their own home.

20:11 But Mary stood without at the sepulchre weeping: and as she wept, she stooped down, and looked into the sepulchre,

20:12 And seeth two angels in white sitting, the one at the head, and the other at the feet, where the body of Jesus had lain.

20:13 And they say unto her, Woman, why weepest thou? She saith unto them, Because they have taken away my LORD, and I know not where they have laid him.

Biblia Sacra Vulgata

20:14 And when she had thus said, she turned herself back, and saw Jesus standing, and knew not that it was Jesus.

20:15 Jesus saith unto her, Woman, why weepest thou? whom seekest thou? She, supposing him to be the gardener, saith unto him, Sir, if thou have borne him hence, tell me where thou hast laid him, and I will take him away.

20:16 Jesus saith unto her, Mary. She turned herself, and saith unto him, Rabboni; which is to say, Master.

20:17 Jesus saith unto her, Touch me not; for I am not yet ascended to my Father: but go to my brethren, and say unto them, I ascend unto my Father, and your Father; and to my God, and your God.

20:18 Mary Magdalene came and told the disciples that she had seen the LORD, and that he had spoken these things unto her.

20:19 Then the same day at evening, being the first day of the week, when the doors were shut where the disciples were assembled for fear of the Jews, came Jesus and stood in the midst, and saith unto them, Peace be unto you.

20:20 And when he had so said, he shewed unto them his hands and his side. Then were the disciples glad, when they saw the LORD.

20:21 Then said Jesus to them again, Peace be unto you: as my Father hath sent me, even so send I you.

20:22 And when he had said this, he breathed on them, and saith unto them, Receive ye the Holy Ghost:

20:23 Whose soever sins ye remit, they are remitted unto them; and whose soever sins ye retain, they are retained.

20:24 But Thomas, one of the twelve, called Didymus, was not with them when Jesus came.

20:25 The other disciples therefore said unto him, We have seen the LORD. But he said unto them, Except I shall see in his hands the print of the nails, and put my finger into the print of the nails, and thrust my hand into his side, I will not believe.

20:26 And after eight days again his disciples were within, and Thomas with them: then came Jesus, the doors being shut, and stood in the midst, and said, Peace be unto you.

20:27 Then saith he to Thomas, Reach hither thy finger, and behold my hands; and reach hither thy hand, and thrust it into my side: and be not faithless, but believing.

20:28 And Thomas answered and said unto him, My LORD and my God.

20:29 Jesus saith unto him, Thomas, because thou hast seen me, thou hast believed: blessed are they that have not seen, and yet have believed.

20:30 And many other signs truly did Jesus in the presence of his disciples, which are not written in this book:

Dominum meum et nescio ubi posuerunt eum 20:14 haec cum dixisset conuersa est retrorsum et uidet Iesum stantem et non sciebat quia Iesus est 20:15 dicit ei Iesus mulier quid ploras quem quaeris illa existimans quia hortulanus esset dicit ei domine si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam 20:16 dicit ei Iesus Maria conuersa illa dicit ei rabboni quod dicitur magister 20:17 dicit ei Iesus noli me tangere nondum enim ascendi ad Patrem meum uade autem ad fratres meos et dic eis ascendo ad Patrem meum et Patrem uestrum et Deum meum et Deum uestrum 20:18 uenit Maria Magdalene adnuntians discipulis quia uidi Dominum et haec dixit mihi 20:19 cum esset ergo sero die illo una sabbatorum et fores essent clausae ubi erant discipuli propter metum Iudaeorum uenit Iesus et stetit in medio et dicit eis pax uobis 20:20 et hoc cum dixisset ostendit eis manus et latus gauisi sunt ergo discipuli uiso Domino 20:21 dixit ergo eis iterum pax uobis sicut misit me Pater et ego mitto uos 20:22 hoc cum dixisset insuflauit et dicit eis accipite Spiritum Sanctum 20:23 quorum remiseritis peccata remittuntur eis quorum retinueritis detenta sunt 20:24 Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur Didymus non erat cum eis quando uenit Iesus 20:25 dixerunt ergo ei alii discipuli uidimus Dominum ille autem dixit eis nisi uidero in manibus eius figuram clauorum et mittam digitum meum in locum clauorum et mittam manum meam in latus eius non credam 20:26 et post dies octo iterum erant discipuli eius intus et Thomas cum eis uenit Iesus ianuis clausis et stetit in medio et dixit pax uobis 20:27 deinde dicit Thomae infer digitum tuum huc et uide manus meas et adfer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis 20:28 respondit Thomas et dixit ei Dominus meus et Deus meus 20:29 dicit ei Iesus quia uidisti me credidisti beati qui non uiderunt et crediderunt 20:30 multa quidem

Euangelium Secundum Ioannem

et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum quae non sunt scripta in libro hoc 20:31 haec autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus Filius Dei et ut credentes uitam habeatis in nomine eius

21:1 postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis manifestauit autem sic 21:2 erant simul Simon Petrus et Thomas qui dicitur Didymus et Nathanael qui erat a Cana Galilaeae et filii Zebedaei et alii ex discipulis eius duo 21:3 dicit eis Simon Petrus uado piscari dicunt ei uenimus et nos tecum et exierunt et ascenderunt in nauem et illa nocte nihil prendiderunt 21:4 mane autem iam facto stetit Iesus in litore non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est 21:5 dicit ergo eis Iesus pueri numquid pulmentarium habetis responderunt ei non 21:6 dixit eis mittite in dexteram nauigii rete et inuenietis miserunt ergo et iam non ualebant illud trahere a multitudine piscium 21:7 dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro Dominus est Simon Petrus cum audisset quia Dominus est tunicam succinxit se erat enim nudus et misit se in mare 21:8 alii autem discipuli nauigio uenerunt non enim longe erant a terra sed quasi a cubitis ducentis trahentes rete piscium 21:9 ut ergo descenderunt in terram uiderunt prunas positas et piscem superpositum et panem 21:10 dicit eis Iesus adferte de piscibus quos prendidistis nunc 21:11 ascendit Simon Petrus et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus et cum tanti essent non est scissum rete 21:12 dicit eis Iesus uenite prandete et nemo audebat discentium interrogare eum tu quis es scientes quia Dominus esset 21:13 et uenit Iesus et accepit panem et dat eis et piscem similiter 21:14 hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis cum surrexisset a mortuis 21:15 cum ergo prandissent dicit Simoni Petro Iesus Simon Iohannis diligis me plus his dicit ei etiam Domine tu scis quia amo te dicit ei pasce agnos meos 21:16 dicit ei

20:31 But these are written, that ye might believe that Jesus is the Christ, the Son of God; and that believing ye might have life through his name.

21:1 After these things Jesus shewed himself again to the disciples at the sea of Tiberias; and on this wise shewed he himself.

21:2 There were together Simon Peter, and Thomas called Didymus, and Nathanael of Cana in Galilee, and the sons of Zebedee, and two other of his disciples.

21:3 Simon Peter saith unto them, I go a fishing. They say unto him, We also go with thee. They went forth, and entered into a ship immediately; and that night they caught nothing.

21:4 But when the morning was now come, Jesus stood on the shore: but the disciples knew not that it was Jesus.

21:5 Then Jesus saith unto them, Children, have ye any meat? They answered him, No.

21:6 And he said unto them, Cast the net on the right side of the ship, and ye shall find. They cast therefore, and now they were not able to draw it for the multitude of fishes.

21:7 Therefore that disciple whom Jesus loved saith unto Peter, It is the Lord. Now when Simon Peter heard that it was the Lord, he girt his fisher's coat unto him, (for he was naked,) and did cast himself into the sea.

21:8 And the other disciples came in a little ship; (for they were not far from land, but as it were two hundred cubits,) dragging the net with fishes.

21:9 As soon then as they were come to land, they saw a fire of coals there, and fish laid thereon, and bread.

21:10 Jesus saith unto them, Bring of the fish which ye have now caught.

21:11 Simon Peter went up, and drew the net to land full of great fishes, an hundred and fifty and three: and for all there were so many, yet was not the net broken.

21:12 Jesus saith unto them, Come and dine. And none of the disciples durst ask him, Who art thou? knowing that it was the Lord.

21:13 Jesus then cometh, and taketh bread, and giveth them, and fish likewise.

21:14 This is now the third time that Jesus shewed himself to his disciples, after that he was risen from the dead.

21:15 So when they had dined, Jesus saith to Simon Peter, Simon, son of Jonas, lovest thou me more than these? He saith unto him, Yea, Lord; thou knowest that I love thee. He saith unto him, Feed my lambs.

21:16 He saith to him again the second time, Simon, son of Jonas, lovest thou me? He saith unto him, Yea, Lord; thou knowest that I love thee. He saith unto him, Feed my sheep.

Biblia Sacra Vulgata

21:17 He saith unto him the third time, Simon, son of Jonas, lovest thou me? Peter was grieved because he said unto him the third time, Lovest thou me? And he said unto him, Lord, thou knowest all things; thou knowest that I love thee. Jesus saith unto him, Feed my sheep.

21:18 Verily, verily, I say unto thee, When thou wast young, thou girded thyself, and walkedst whither thou wouldest: but when thou shalt be old, thou shalt stretch forth thy hands, and another shall gird thee, and carry thee whither thou wouldest not.

21:19 This spake he, signifying by what death he should glorify God. And when he had spoken this, he saith unto him, Follow me.

21:20 Then Peter, turning about, seeth the disciple whom Jesus loved following; which also leaned on his breast at supper, and said, Lord, which is he that betrayeth thee?

21:21 Peter seeing him saith to Jesus, Lord, and what shall this man do?

21:22 Jesus saith unto him, If I will that he tarry till I come, what is that to thee? follow thou me.

21:23 Then went this saying abroad among the brethren, that that disciple should not die: yet Jesus said not unto him, He shall not die; but, If I will that he tarry till I come, what is that to thee?

21:24 This is the disciple which testifieth of these things, and wrote these things: and we know that his testimony is true.

21:25 And there are also many other things which Jesus did, the which, if they should be written every one, I suppose that even the world itself could not contain the books that should be written. Amen.

iterum Simon Iohannis diligis me ait illi etiam Domine tu scis quia amo te dicit ei pasce agnos meos 21:17 dicit ei tertio Simon Iohannis amas me contristatus est Petrus quia dixit ei tertio amas me et dicit ei Domine tu omnia scis tu scis quia amo te dicit ei pasce oues meas 21:18 amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo non uis 21:19 hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum et hoc cum dixisset dicit ei sequere me 21:20 conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit Domine quis est qui tradit te 21:21 hunc ergo cum uidisset Petrus dicit Iesu Domine hic autem quid 21:22 dicit ei Iesus si sic eum uolo manere donec ueniam quid ad te tu me sequere 21:23 exiuit ergo sermo iste in fratres quia discipulus ille non moritur et non dixit ei Iesus non moritur sed si sic eum uolo manere donec uenio quid ad te 21:24 hic est discipulus qui testimonium perhibet de his et scripsit haec et scimus quia uerum est testimonium eius 21:25 sunt autem et alia multa quae fecit Iesus quae si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros amen